nulla. Magna est vt quando aliquis est ita doctus ꝙ respon det ad omne quare in promptu ⁊ sine reuolutione cartarum ⁊ librorum. Mediocris scientia est vt quando aliquis non satis facit questioni in promptu: sed cum reuolutione cartarum vel librorum. Sed parua vel nulla scientia est vt quando aliquis non satisfacit in promptu nec cum reuolutione cartarum vel librorum. ⁊ ista est que impedit ne talis promoueatur ad ordinē sacrū sic tho. prima secūde locis preallegatis. dicit ꝙ omnes christifideles tenentur scire tria. primo que spectant ad bonos mores. Secundo que spectant ad religionem christianā ⁊ officiū suū: ⁊ isti tales sacerdotes faciunt fructus suos. sed non illi qui non habent aliquā scientiā. Pro quo vide capitu. illitteratos. xxxvj. di. qđ intelligitur de penit⁹ illiteratis. Et ꝙ examinator peccat si nō examinat cum diligentia. Pro quo vide capitulū finale de tem. ior. Et qui porrigit preces pro indigno est symoniacus. sic tho. sua. secūda secūde. q. c. Et sic nota. c. scriptū est. xiiij. q. v. vbi dr̄ ꝙ q̄ntū ad effectū sacerdotale oēs sacerdotes sunt pares: sed nō q̄ntū ad merita. Et sic dr̄ iobis. iij. qui male agit odit lucē. Et sic bon⁹ sacerdos dr̄ domus dei mal⁹ sacerdos spelunca latronū. lu. xix. vbi dr̄. dom⁹ mea dom⁹ orationis vocabit̄. ⁊ sic nemo potest duob⁹ dn̄is seruire. s. deo ⁊ mundo. vt lu. xj. ⁊ sic oīs sacerdos ab ecclīa nō precisus potest absoluere quēcunq3 a quacūq3 excōicatione. etiam papali in mortis articulo. sic in. capi. . alma mater. de senten. ex. in. vj. sup particula. articulo. sic etiā in. c. eos. de sen. ex. in vj. vbi dr̄: ꝙ absoluit vsurariū vel raptorē vel incendariū vel homicidā vel sacrilegū. percussorē clerici. vel similē in agone sine cautione. i. sine securitate: si bene potest fieri ipse sacerdos absoluat illos: quos negociū tangit. et sic episcopi in promotione clericorum. deberent multum notare inter cetera illud. c. Et hec dicimus. xvj. q. vij. in quo inter cetera vt supra dictum est dr̄. Qui ecclesiam in disciplinatis cōmittit columbas vendit: ⁊ sic multum est ponderandus textus illius capi. Quattuor. xj. q. ij. ab omnib⁹ ecclesiasticis. in quo dr̄ vt dictū ē supra ꝙ fruct⁹

beneficiorũ debent diuidi in quattuor partes quoniam est no tanda illa auctoritas luce.xvj.redde rationẽ villicationis tue. Et sic ista beneficia ecclesiastica q̃ ⁊ si possint prodesse corpori bus.fortassis poterunt nocere animabus. ⁊ pro absolutione in mortis articulo de qua supra etiã poteris videre illud capi. quẽ penitet de peni.di.j. Et quia superius facta est mentio de veneratione parentũ. vt exodi.xx. vbi dicitur honora patrem tuum ⁊ matrẽ tuã ⁊ eris longeuus super terram saltim in ter ra viuentium.i. in patria. ⁊ sic ecclesiastici septimo dr̃. honora patrem tuũ: ⁊ gemitus matris tue ne obliuiscaris: Memento quoniã nisi propter illos natus non fuisses: ⁊ retribue illis q̃ modo illi tibi. Honora patrem tuum.s.ei reuerentiam exhibẽ do. Et gemitus matris tue: ne obliuiscaris.s. quos sustinuit in partu. Et sic quia grandis reuerentia debetur parentibus in vita presenti. ⁊ subsidiũ si egeant: maior debetur post mortem: vt in.c.anime defunctorũ.xiij.q.ij. ⁊ sic qui peccat in suo eterno: meritó punietur in eternum vt dictum est. sic ethico.v. dicit̃ q̃ tanta est iniuria.⁊c̃. sic alexander de ales libro septimo theo logice ueritatis.ti.xix. vbi loquit̃ de penis inferni.

Et quia hic fit mẽtio de angelis: imediate. Pro quo vide quid dicat episcopus abu.gen̄.xviij. super particula apparuerũt tres viri.glo.i. tres an gelimissi a deo in forma viroꝝ. dicunt hebrei q̃ vnꝰ venit ad nunciandũ conceptũ sarre. alius ad subuersionẽ quinq̃ ciuitatũ: de q̃bus in.c. clerici ⁊ infra de excess.prela. in glo. quarũ nosa ponunt̃ super particula. quinq̃ ciuitates. glo sa.s. sodomã. gomorrã. seboyn. segor. ⁊ oleale. Tertius ange lus fuit. qui ibat ad sanandũ abrahã nouiter circumcisum: ⁊ ad liberandũ loth de sodomis: omnia ista bene concedũt do ctores nostri. ⁊ gen̄.xviij. sup particula adorabit in terra. Di cit glo.s. adoratione dulie: quoniã angeli erant. de ista adora tione dictũ fuit supra. ⁊ de alijs.s. de latria ⁊ yperdulia. Litte ra. Dñe si inueni grãz.⁊c̃. glo. licet tres angeli erant loq̃t tñ ad vnũ coꝝ q principalis videbat̃: qñ illo cõsentiẽte alij duo

cõsentirent vt ipse loth credebat. Dicunt iudei ꝙ isti tres angeli erant michael. gabriel: ꝛ raphael. Et michael erat in medio. alij duo ad latera: quoniã michael vt dixi venerat ad nunciandũ conceptũ sarre: quod erat principale negociũ: cum de ipsa descenderit messias. Et gabriel ibat ad subuertendũ sodomã ꝛ alias quattuor ciuitates: quia interpretatur fortitudo dei. raphael ad sanandũ abraham. ꝛ liberandũ loth. quia interpretatur medicina dei. Et michael interpretatur nuntius dei. ¶Pro quo nota ꝙ angeli non sortiunť nomina a parte nature sed a parte officij. Et sic omnes angeli forte sunt pares. i. equales a parte nature ꝛ si non sint pares a parte officij. Hoc etiã posses dicere de hominib⁹ ꝛ de animabus: de qbus supra Et etiã geñ. xviij. dicit episcopus Abule. super particula clamor sodomorũ venit coram me. ꝛc̃. quod nota quia valde notanda vbi dicit glo. ꝙ peccata erant omnibus nota: vt patet ysaye. iij. ¶Peccatum suum quoniam sodomam predicauerunt neqꝫ absconderũt. ¶Pro quo nota qͦd tria genera peccatorum continue clamant ad dominuꝫ. s. sanguis innocentis. geñ. iiij. ꝛ peccatum cõtra naturã. de quo hic: quod est quando mas vtitur mare. ꝛ femina femina: quod est horribile peccatum: quoniã ex hoc peccato pessimo corrumpitur aer ꝛ aere corrupto: generanť pestes ꝛ fulgura ꝛ alia ꝙ̃plurima mala: vt in dicto capi. gene. xviij. Et sic tria sunt peccata valde grauissima q̃ vulgariter terminanť in ia. que sunt heregia. symonia. ꝛ sodomia. Et sic rogo: ne tangas illa: quoniã si tetigeris quod absit: erit valde difficile. secundũ quod fertur te dimittere illa: ꝛ si non sit impossibile: vt dictum est supra. In potestate hoĩs ẽ cõmittere pctm̃ mortale vł nõ cõmittere sic mgř sen. in ij. li. di. vij. dicit. ꝙ liberꝫ arbitriũ ẽ facłtas rõis eligẽdi hoc vł illõ. ꝛ sic hoĩes merẽť ꝛ demerẽť in hac carne mortali. merenť si recte openť. demerenť si nõ recte operenť. ꝛ sic post hã vitaꝫ nõ ẽ loc⁹ merẽdi vł demerẽdi: ꝛ si sit loc⁹ ꝓ pctis venialib⁹ soluendi. in peuitẽ. ¶Pro q̃ vide magistrũ sentẽ. di. xx. ꝛ ibi Tho. Et sic Ihero. ait in tract. de ꝓdigo filio. solus de⁹ est in quẽ pctm̃ cadere nõ põ: ꝛ ꝓ supdictis dicebat apłs ad gala. vj. dñi

tēp⁹ habem⁹ opemur bonū. Sȝ pctā venialia vt dictū est non sūt ī boīum potestate: qm̄ pma Jo. j. dr̄. Si dixerim⁹ q̄ pctm̄ nō habem⁹: ipi nos seducim⁹: ꝛ veritas ī nobis nō est. Et sic qn̄ inueneris ī sacra scriptura vt de illis trib⁹ pctis q̄ īpossibile ē illa dimittere si semel cōmiserit. glo. dic q̄ ponit̄ īpossibile ꝓ difficili. Et sic semp pctā mortalia sūt in hominū potestate s. cōmittere vel nō cōmittere. vt dictum ē. Et sic sufficiat tibi cognoscere q̄ ꝓpt pctm̄ iā dictū fuerūt submerse ille qnqȝ ciuitates. de qb⁹ sup̄. Et ꝓ symonia. vide magistrū sen. di. xxv. ꝛ ibi tho. vbi dr̄ q̄ mag⁹ ille volebat emere grāȝ a dn̄o petro cui petr⁹. Pecunia tua sit tecū in pditione. Act. viij. Et hic magister assignat differētiā inf̄ symoniacos ꝛ giezitas: ꝛ dicit q̄ symoniaci dicūt̄ emētes. vt act. viij. ꝛ vēdētes giezite. vt iiij. reg. v. Sȝ tu forte posses dicere q̄ tā emētes q̄ vēdētes dicunt̄ symoniaci: qd̄ ꝓbat̄ ex diffinitiōe symonie q̄ talis est. Symonia ē studiosa volūtas emēdi vel vēdēdi spūale vel spirituali annexū. Et sic dātes spūale ꝓ tpali: ꝛ ecōtra tpale pro spūali oēs sūt symoniaci. Et ꝓ ampliori declaratione. vide ꝑ totū titu. de symonia. ꝛ ibi abbatē. ꝛ sanctū tho. in secūda secūde. q. cēte. ad qntū. vbi dicit. q̄ si aliqs dat beneficiū ecclesiasticū alicui hoc pacto vel intētiōe vt exinde suis cōsanguineis ꝓuideat: ē manifesta symonia. Et in hoc. c. dicit q̄ si aliqs rogat ꝓ se vt obtineat curā aīaȝ: ex ipa ꝑsumptione redditur indign⁹: ꝛ sic preces sunt ꝓ indigno: lȝ tn̄ pōt aliqs si sit indigens ꝓ se beneficiū petere ecclesiasticū sine cura animarum. Et in hoc. c. in solutione tertij argumēti dicit q̄ munus a lingua dicit̄ vel ipsa laus ptinēs ad fauorē humanū qui sub precio cadit vel etiā preces ex quibus acquirit̄ fauor human⁹ vt cōtrariū euitet̄. Et ideo si aliqs ꝑncipaliter ad hoc intēdit symoniā cōmittit. Videt̄ aūt ad hoc principaliter intendere: q preces ꝓ indigno porrectas exaudit: vnde ipm factū ē symoniacū: q: subest debita causa ex qua illi ꝓ quo preces porrigātur spūale aliquid cōfert̄: tn̄ pōt esse symonia in intentione: si non attendat̄ ad dignitatē ꝑsone: sed ad fauorem humanum.

Et tertiũ pctm̃ quod clamat corã deo est defraudatio merce-
narij. de q̃ leui. xix. dr̃ nõ manebit op⁹ mercenarij tui apud te ũ
vespere vsq3 ad mane. Seqtur peccatũ eoꝝ aggrauatu3 est.
glo. dicũt hebrei ꝙ aggrauatio ista fuit. q2 occiderũt illi pctõ-
res de illis qnq3 ciuitatib⁹ insolito modo quãdã puellã: q̃ pu-
ella alimẽtũ paupi cuidã tribuebat: huic cõsonat actio Eze.
xvj. hoc fuit iniquitas Sodome sororis tue superbia satu-
ritas panis: ⁊ ociũ. ⁊ manũ egeno nõ porrigebant. Et sic dare
necessaria pauperibus est grãde meritũ. Et sic vt dictũ est da
te ⁊ dabit̃ vobis. date tpalia paupibus ⁊ dabit̃ vobis hic. s. in
pñti gr̃a ⁊ glia in futuro. Saltim dabis sẽp paupi dulce ver-
bũ. s. dicẽdo dñs te adiuuet. qm̃ vt dicit sapiens. puer. xv. mol
lis responsio frangit irã. vulgaliter la respuesta gratiosa q̃bran
ta la ira. nicho. vbi sup̃. Et sic si dare paupibus est grãde pre-
miũ. nõ dare erit grauissimũ malũ. prestim illi q tenent̃ ex pre
cepto. vt sũt oẽs ecclastici. vt inuit̃ in glo. iheronimi sup Mi
cheã. ⁊ xvj. q. j. in. c. qm̃. vbi dr̃. Quicqd hñt clerici paupũ est
dom⁹ illoꝝ omniũ debent esse communes susceptioni peregri-
norum ⁊ hospiciũ inuigilare debent. ⁊c̃. Et lxxxvj. di: in capi.
donare. ⁊ in capitu. venatoribus. ⁊ in pluribus alijs iuribus
sacre scripture auctoritatib⁹. vt mat. xxvj. Quod vni ex mini
mis meis fecistis mihi fecistis. De ista materia iuvia para. dr̃
in principio. Pro quo notare deberẽt ecclesiastici illud capit.
quattuor. xij. q. ij. in quo inter cetera dicitur. Sicut dudum ra
tionabiliter est decretũ ⁊ conuenit fieri portiones quarũ vna sit
põtificis. altera clericorum. Tertia pauperum. Quarta fabri-
cis applicanda est. Et sic ꝙ plurima mala eueniunt ipsis ho-
minibus in vita presenti ⁊ maiora euenient in vita futura si ho
mines non fecerint perfectam penitentiam sc3 cum restitutio
ne perfecta quod absit: quod intellige semper suscepto baptis-
mo: quoniam sine baptismo vt dictum est: nullum sacramen-
tum habet effectum. ⁊ sic inter cetera vide quanta mala euene
runt ipsis iudeis. propter peccata sua vt in illo psalmo. xliij.
in illo versu. Vendidisti populum tuum sine precio. ⁊c̃. glo.

nicho.tot enim de iudeis vendebant quot dabantur pro mō-
dico precio quod quasi pro nihilo reputabatur: ideo sequitur
non fuit multitudo.s. pecunie vel ementium in commutationi
bus eorum / propter hoc precium erat modicum ꝛ quasi nul-
lum: quoniam pauci erant emptores respectu vendentiū. de
hac enim venditione dicitur. ij. macha. v. erant autem toto tri
duo octuaginta milia interfecti: quadraginta milia vincti. nō
minus autem venundati ꝛc. Et sic in libro creaturarum in ti.
cxcv. inter cetera dicitur. Et quia honor dei semper est cū vti-
litate nec possūt separari honor dei ꝛ vtilitas. Et quia vbi ma
ior honor dei ibi maior vtilitas. Et quia etiam tota vtilitas ē
hominis ꝛ non dei: sequitur ꝙ quando homo operatur ad ho
norem ꝛ laudem ꝛ gloriam dei: ꝛ ipsemet operatur ad suā vti-
litatem. Et dicit ꝙ quanto magis homo laborat vt honor dei
crescat ꝛ multiplicetur: tanto etiam magis laborat: vt.s. sua ꝓ
pria vtilitas crescat ꝛ multiplicetur ꝛc. Et in isto libro titulo
clxxix. dicit ꝙ querens honorem humanum: querit vanita-
tem. Et hic dicit ꝙ honor dei est maior toto mundo: ꝛ sic qui
facit iniuriam deo: facit iniuriam vniuerso orbi / ꝛ adhuc lon-
ge maiorem: quoniam finiti ad infinitum nulla est proportio.
vt primo de celo. Et sic ī isto libro titulo. cl. dicitur ꝙ summa
nobilitas est dare: vt quia deus pater dedit filium suum ad re
dimendum genus humanum: vt supra dictum est. Et sol ꝛ
astra ꝛ arbores / producunt suos effectus bonos: ideo debe-
rent facere prouidere hominibus indigentibus saltim homi-
nes potentes. i. abundantes in bonis externis. sicut dicitur
in capi. cum marthe. de cele. mis. vt dictum est. beatius est da
re ꝙ recipere. Et in glosa istius capituli dicitur. Qui dat pla-
cet: sed qui recipit displicet. Et sic est notādū ꝙ in dicto libro
creaturarū vel alias sub alio nomine in libro dicto theologia
naturalis de titulo quinquagesimo vsqꝫ ad centesimum dici-
tur ꝙ si homines seruiāt deo: omnia terrena vt animalia bru
ta ꝛ inanimata: vt plante: vinee: terre seruient ipsi homini: ꝛ si
fiat econtra cessant ipe creature in seruitio hominis. Et sic in

tantum ipe creature seruiunt ipsis hominibus inquantum ipi homines seruiunt ipsi deo quod est valde notandum. Et sic dicit apostolus.ij.corinth.iiij. Que videntur temporalia sunt que autem non videntur eterna sunt. Et quia deo dāte in suo loco dicetur. De bonis dicendis notandum est quomodo ipse ecclesie non baptismales sunt subiecte ipsi ecclesie baptismali tanq̄ matrici vbicunqȝ inueniantur siue in ciuitatibus siue in villis siue in ruribus: vt quia omnes ecclesie ꝛ homines sunt subiecti romane ecc esie.i.romano pontifici: vt in illo capitu. cuncta per mundum.ix.q.iij. ꝛ viuentes salmantice post deuȝ ꝛ romanam ecclesiam: ꝛ romanum pontificem sumus subiecti episcopo salmantino: sic per totum titu. de ecclesijs bedi. ꝛ ibi abbas cū plibus doctoribus. Et sic dicit Hostiēsis in sua summa. Est autē sciendū q̄ si portio fabrice deputata sufficiat ad reparationem ecclesie: is qui eam percipit reparare tenetur vt.x.q.iij.in.c.vnio.ꝛ in.cap.decreuimus.x.q.j.ꝛ in.cap. de bis.isto titu. de eccle.edifi. Si vero nō sufficiat.tunc rector ꝛ qui beneficiū habet ab illa ecclesia: conferret de bonis q̄ sūt ipsius ecclesie que reparanda est per ecclesiam reparabunt vt in p̄dicta decretali de bis.ꝛ infra eodem ti.capi.j.ꝛ xvj.q.j. ꝛ in capit.vltimo de his que fiunt a maiori parte capituli: nec mireris si conferant beneficiati. Nam cum emolumentū sentiant.i.cōmodum: ꝛ onus sentire debent iuxta illud. cōmoda qui sentis:iniugas onus emolumētis: vt argu. C. de cadu.tol len.in.l.vna.ꝛ sic dicit Hostien.in sua summa. Sic aūt facien de sunt noue ecclesie: vt per eas p̄iudicium veteribus ecclesijs non fiat.vt xvj.q. prima.ecclesie: ꝛ capi. Quicunqȝ.hec Hostiensis.

Et quia dictum est superius de peccato mortali. dicenduȝ est nunc de peccato veniali. Pro quo sciendum q̄ peccatum veniale retardat ab vltimo fine: ꝛ deletur per feruorem charitatis.mortale vero peccatum penitus auertit a deo.ꝛ cesa. Sed nunc aliquis non immerito posset dubitare: vtrum peccatum veniale efficiatur mortale. Et alicui videretur q̄ sic qm̄ vt dicit

aug. ad felicianũ i. c. tres. de peni. di. pma. ꝛ trabit̃ p magistꝝ sen. in. iiij. dist. xvj. ꝛ icipit pdictis vo: qd int̃ cetera dicit. Que si collecta cõtra nos fuerint: ita nos grauabũt ꝛ opprimũt sic vnũ aliqd graue peccatũ ꝛc. Itẽ glo. istius capli tres. de peni. di. j. dicit sup illa pticula collecta ꝛc. ẜm illud. Et q̃ nõ psunt singula multa iuuãt: pinde ergo iudicãdũ est de pluribꝰ minutim: vt de vno graui qñ minora coacerbata equant̃ argu. ff. q bꝰ ex causis maiores vigintiqnqꝫ ãnis in integruꝫ restituant̃. Itẽ in quodã volumine qd appellat̃ ꝛ intitulat̃ epythoma siue copillatio inuenies litterã talẽ in expositiõe istiꝰ lr̃e. s. ẽ graue mortale. folio. cc. Cuiꝰ verba sũt. nota tñ ꝙ venialia efficiũtur mortalia: qñ ordinant̃ ad mortale: sicut ẽ risus tendens ad adulteriũ ꝛc. ꝛ allegat̃ glo. dicti cap. tres. de pe. di. j. Itẽ in floreto vbi tractat̃ siue agit̃ de pctis i generali. ꝛ incipit. O ia delicta triplici sũt noie dicta. originale. mortale. veniale. Estqꝫ peccatũ nobis ab origine natuꝫ. Est graue mortale leuiꝰ fert̃ veniale. Et ponit remediũ cõtra originale dicẽs. Cũ baptizamur: ab originali purificamur. Nec nõ pctõ qõcũqꝫ sit ante patrato. Et cuꝫ peccamꝰ grauit̃ postea nos macutamꝰ. Cum peccãtis in id fert̃ qñqꝫ volũtas. Quod tenet in se aliqd imoderatũ. Sed vt nec dñi nec fratris opprimit amori. Tale suo genere peccatũ fit veniale. Ut sermo vacuus vl' risus nõ moderatꝰ. Si tñ ordinet hoc: vt ab hoc mortali sequat̃. Hoc mortale facit intẽtio praua volẽtis. Ut cũ qs ridet ad adulterium cõmittẽdũ. Aut in cõtẽptũ dñi cõsentit in istis. Destruens rõ mortale fit inde patẽter. Sed qñ velle pcãntis fert̃ in illõ. Qd dñi fratrisqꝫ repugnat amori. Peccatũ mortaleqꝫ dr̃ esse. Sic homicidiũ. blasphemia scismaqꝫ furtũ. Si tñ hoc sistat sine cõsensu rõnis. Que meditans dñm cordis reprimit cito motũ. Cũ nõ sit plenꝰ actꝰ: tũc fit veniale. Hec ille floretꝰ quẽ scripsit bernardus. Sed obmissis argumẽtis circa pdicta forte posses dicere secure ꝙ peccatũ mortale nõ põt fieri veniale nec ecõtra veniale mortale nisi dispositiue: quoniã ista petã. s. mortalia ꝛ venialia diuersa sũt ẜm rõnẽ specificã. Et sic veniale põt effici mortale. vt in dicto. c. tres. d pe. di. j. cũ glo. saina

correptione ecclie ꝛ determinatione maioꝝ meoꝝ ꝙ intelligit occasionaliter ꝛ dispositiue: non aũt directe sed occasionaliter siue causatiue quoniã peccatũ mortale ꝛ veniale diuersa sunt ſm ratione͂ specificã: vnde sicut infiniti boues non possunt equalere vni homini: ita ꝛ peccata venialia ꝛ si infinita ꝛ comulata sint nõ equiualebunt vni mortali qd̓ est notandũ in. iiij. di. xvj. ꝛ ibi doctores. Sed pro ampliori declaratiõe supradictorũ sciendũ ꝙ est ibi delictuꝫ. ꝛ ẽ ibi peccatũ. ꝛ est ibi crimen. ꝛ est ibi scelus. Delictum dr̃ quasi derelictũ: ꝛ est ꝙ cõmittunt homines in sua iuuentute sic ꝓpħa in ps̃. xxiiij. delicta iuuentutis mee ꝛ ignorantias meas ne memineris dñe. ꝛ sic delictũ n. s. est quãdo quis dimittit illud qd̓ ab ipso debet fieri. Et dr̃ a derelinquo is. qꝛ derelinquit officiũ suũ. Et est delictũ in obmissione. s. quando nõ adimpletur dei mandatum. Peccatũ vͦo in cõmissiõe fit quãdo. s. ꝓhibitũ fit. ſꝫ tñ vnũ ꝑ altero q̃ſꝫ accipit. Sed ꝑ ampliori delaratione d̓ peccato vide mgr̃m sen. in. ij. li. di. xlij. ꝛ incipit Reatus in quo dicitur. reatus aũt in scriptura multipliciter accipit. s. pro culpa. pro pena. ꝛ pro obligatione pene tẽporalis vel eterne. Si eni͂ peccatũ mortale est: obligat nos pene eterne. Si vero peccatũ veniale: obligat nos pene temporali. Duo eni͂ sunt peccatorũ genera mortalium. s. ꝛ venialiũ. Mortale peccatũ est per quod homo mortem eternã meret. Peccatũ vͦo veniale est qd̓ homine͂ vſqꝫ in reatum perpetue mortis non grauat: verũ tñ penã meret: sed facile indulget. Crime͂ vero est vt ait aug. qd̓ est dignũ accusatiõe ꝛ damnatione. Et sic qui accusant criminaliter si conuincant debent puniri publice vt omnia iura ꝓclamãt vt abbas in titu. libri. v. de accusationibus. ꝛ in plꝰibus alijs iuribus ꝛ ibi. hosti. Sed pro scelere nota ꝙ scelus se habet ad omnia genera peccatorũ sicut genꝰ ad species. vnde versus. Lex hominum inuenit ius contra scelus. Sed lex diuina inuenit fas contra nephas. i. cõtra maliciam. Item pro ampliori declaratiõe peccatoꝝ in. ij. di. xlij. Et incipit modi aũt peccatoꝝ varias in scripturas sanctorum doctoꝝ hñt distinctiones in q̃ dr̃ duo

bus modis peccatū cōmitti. s. cupiditate ꝛ timore vt augu. tra
dit sup illū locū psalmi. lxxix. in quo dicitur incensa igni ꝛ suf
fossa. his enī duob⁹ modis dicit oīa pctā mortalia includi. ꝛ
dicit incensa ea q̄ ex cupiditate male incendente oriunt̄ suffos
sa vero dicit ea q̄ ex timore male humiliante ꝓueniunt: qđ acci
dit quādo quis cupit nō cupienda vel timet non timenda. ali
bi vero dr̄ fieri peccatū tribus modis. s. cogitatu verbo ꝛ ope.
Unde iheronimus sup ezechielez. Et generalia sunt quibus
humanū subiacet genus iohannis. xi. aut eniz cogitatione aut
ſmone aut opere peccamus. hic etiam aliquando quartus ad
ditur modus. s. consuetudinis qđ in quatriduano lazaro signi
ficatum est: sic in peccato primorum parentum fuerunt quattu
or generationes. s. lucifer. serpens. eua ꝛ adam de hoc gen̄.
iij. Sed in nobis quando cōmittim⁹ aliquod mortale pecca
tū cōcurrūt tres generationes. s. cogitatio mali. ꝛ locutio. ꝛ ope
ris executio. Et sic verū est ꝙ q̄ꝫ peccata perficiūt in sola vo
luntate. vt mathei. v. Si quis viderit quā ad concupiscendā
eam: iam mechatus est in corde suo. Et sic peccatū mortale est
voluntas faciendi vel operandi id quod lex vetat. Et sic dicit
homo peccare in deum. ꝛ in se. ꝛ in proximū in deū peccat ho
mo ꝛ in seipsum: cū de deo male sentit: vt heretic⁹ qui male sē
tit de fide / vel que dei sunt vsurpare presumit indigne partici
pando sacramētis: vel quando nomē dei piurando cōtempti
bile facit In proximū peccat homo ꝛ in deū ꝛ in se ipsum: cū
proximū iniuste ledit: In se vero peccat homo ꝛ in deū: cum
sibi ꝛ non alij nocet vt accidit in peccato voluntatis. s. quando
ratio subijcitur sensualitati vel appetitui: non regulato ratio
ne: quoniā tunc peccatū mortale efficitur: et si nō exeat ad actū
exteriorē. quoniā deus prohibet manū et animū vt in ca. siquo
inuenisti. xiij. q. v. ꝛ primo regū. xvi. Hoies iudicant ſm ea q̄
apparent. deus aūt intuetur cor. Sed pro remedijs peccatoꝝ
venialiū vide tho. suo quarto. di. xvj. ad ſm in corp. q. de qbus
dictū est supra. Sed ꝓ ampliori declaratione peccati morta
lis vide quid dicat diuus thomas. in prima sc̄de. q. lxxxviij. ad
v. in solutione primi argumenti. cui⁹ verba sunt. Ad primū ꝗ

dicendū ꝙ veniale differt a mortali sicut imperfectū a perfectō vt puer differt a viro sit aūt a puero vir: sed non conuertit vñ ratio non cogit.ꝛc. Et pro supradictis vide cap. agite. de pe. di.j. vbi dr. agite penitentiā qualis agitur in eccl'ia. vt eccl'ia oret pro vobis. glo.s.q: omīs vā a penitentia debet fieri in eccl'ia i. cū cordis cōtritiōe ꝛ oris cōfessione ꝛ operis satisfactione: si adsit facultas adhoc vt eccl'ia oret pro vobis.ꝛc. Et q: vt dixi mus de peccatis corrigendis dicitur in ca. si nō licet. xxiij.q. v. ꝛ in ca. dilecto. de sen. exco. in. vj. vbi dr. ꝙ omnis bona charitas debet incipere a se ip̄a. ego petrus licet indignus in artibus ꝛ theologia magister q̄ dixi ꝛ que scripsi subijcio correctioni ꝛ examini sacro sancte matris eccl'ie matris mee necnō correctioni maiorū meoꝝ sicut ratio dictat. qm̄ vt dr ꝓuerbioꝝ. xj. Qui eniꝫ fraudulenter ambulat: reuelat archana. qui autē fidelis est celat amici cōmissū. Et eccl'ia. vj. ꝛ vij. loquitur sapiens multa de amicicia vbi dicit amic⁹ fidelis ꝓtectio fortis: q aūt inuenit illū inuenit thesaurū: amico fideli nulla est cōpatio. ꝛ si diligis amicū tuū cur nō succurris ei in tempore necessitatis. Sed ꝓ ista materia aristo. loquit̄ ethicoꝝ. viij. ꝛ ix. ꝛ ibi dicit ꝙ amicus est alter ego.ꝛc. Sed pro dicēdis nota qd dicat inno cēti⁹ in li. d sacramentis misse quasi in principio ꝛ est. nam qui se ip̄m nō audit nec deus illum exaudit.

Incipit tractat⁹ breuis de horis dicendis.



Ue nup d̄ horis dicēdis in q̄dā lectiōe dixerim regu̅: vt ꝓ q̄dā mēoriali describerē. breuis tpis labore apposui: ꝛ q̄ p doctores nr̄os iā recollecta sūt in ista materia solū adunādo .ı. colligēdo vel cōgregādo p q̄stiōes i ordine meli⁹ ꝙ potui situaui breuiter. ꝛ carū solutiōib⁹ assignatis breuiter in effectu ad loca vbi tractāt remisi: i hoc solū credēs petētib⁹ satisfacere: ꝙ hāc cedulā ꝓ aliquali mēoria sibi potuerit familiariter retinere. Nā ꝛ si ulte alie questiones reperiant̄ in iure: tñ ista ꝓ pñti sufficiant. Primū quid sint hore canonice. Secundū vnde dicant̄ hore canonice. Tertium quot sunt hore cononice. Quartum q̄ sī hore canonice. Quintum an officiuꝫ beate marie ꝛ defunctoꝝ

sint de horis canonicis. Sextū vtrū missa sit de hōris canonicis. Septimū q tenenẽ ad horas canonicas. Octauū an habēs beneficiū insufficiēs teneaẽ ad horas canonicas. Nonū an ordinat⁹ ad titulum sui patrimonij teneaẽ ad horas. Decimū et vndecimū an layci possint dicere horas. Duodecimū an layci possint dicere dñs vobiscū. Tertiūdecimū de cōuersis religiosis. Quartū decimū de monialib⁹. Quintūdecimū q̄ō diaconissa monialis nō dicit dñs vobiscū. nec euāgeliū soléniter. Decimū sextū an per statuta possit aliquid de horis imutari. Decimū septimū an ep̄s possit dispensare circa horas dicendas. Decimū octauū an papa possit dispensare sup horis non dicendis. Decimū nonū an deuotio et attentio sit de essentia vel substantia horaꝝ q̄ idem est. Uigessimū de cogitationibus tempore officij diuini. Uigesimū primū an q dicit horas si no intelligit an peccet. Uigesimum secūdū an sufficiat dicere horas mēte et nō labijs. Uigessimū tertiū an psalmus obmissus debeat iterari. Uigesimū quartū an veniēs tarde sine culpa: debet dicere iam partē dictaꝫ horaꝝ. Uigesimū quīntū vbi debent dici hore canonice. Uigessimū sextū an pricipes debeāt mandare horas canonicas in suis capel jis. solenniter dici. Uigessimū septimū an hore canonice possunt dici quocunqꝫ loco et tempore. Uigessimū octauū an liceat clericis aliquid recipere ꝓ horis dicēdis. Uigessimū nonū de anniuersarijs an sint relicta vel nō. Trigessimū de symonia mentali in distributionib⁹. Trigessimū primū de inpedito dicere horas an peccet si obmittat. Trigessimū secundū. an excōicat⁹ debeat dicere horas canōicas. Trigessimū tertiū an cleric⁹ degradat⁹ vl' dēposit⁹ debeat dicere horas. Trigessimū q̄rtū an obmissio horaꝝ sit pec catū mortale. Trigessimū quintū de particula obmissa in horis. Trigessimū sextum an dimittere oēs horas diei sit vnū peccatū vel plura. Trigessimū septimū de pena clerici nō dicentis horas. Trigessimū octauum an clerico obmittenti horas sit iniungendū q reiteret. Trigessimū nonū an cessante impedimento quis teneaẽ ad horas. Sed pro

maiori informatione de recitatione horarũ canonicarũ videtur .in suo quarto di.xv. ad primũ in solutione tertie q̃stionis.
¶ Quantum ad primã. quid sunt hore canonice.

Quid sint hore canonice. R̃. dicendũ s̃m guillel. d no.lauden.in cle.j.de cele. mis. sup verbo horas canonicas: vbi dicit q̃ hore canonice sunt sacrificiũ siue hostia laudis. quã quis deo de fructu labio℞ offert pure pariter ⁊ deuote. vt p̃batur in allegato capi. primo in cle.de celc.mi. vel aliter. hore canonice sunt certa p̃sio diuino cultui ab his qui in sortem dñi sunt electi debita: p̃ qua in sustentationẽ p̃priã recipiunt patrimoniũ crucifixi. sic in.c.primo.de preben.cũ s̃m ap̃lm. Sed supradicte due diffinitiones guillel. possunt dupliciter impugnari: ⁊ quelibet illarũ dupliciter prima de improprietate ⁊ de impertinentia. Secunda de confusione ⁊ de insufficientia. Prima igitur diffinitio videtur impropria q: nõ cõuertitur cũ suo diffinito quod ẽ de ratione cuiuscũq; bone diffinitionis: vt patet per p̃hm p̃mo thopi. cõuenit eni non solũ horis canonicis: sed etiã cuicunq; orationi verbo in deũ directe dirigi vt p; p notata in ca. cũ dilectis de reli. ⁊ ve.san. in principio. ⁊ magis clare in cle. sup v̄bo orationes isto ti. Secũdo eadẽ diffinitio est imptinẽs: q: refugitur nimis ad quedã: q̃ nõ sunt de esse nec ptinẽt ad diffinitionẽ hora℞ canonicarũ: q: q̃uis eni hore nõ dicant deuote: nihilominus sunt hore canonice. Et interdũ etiã hoc nõ est peccatũ: vt p; per ip̃m guillel. in allegato ca.j. sup verbo labio℞. Et p io. an.eo.ti. dolẽtes sup v̄bo matutinũ. ⁊ ibi d̃ in vj.q. Scda diffinitio videt̃ nimis generalis ⁊ cõfusa cũ d̃: q̃ hore sunt certa pensio. ⁊c̃. nã hoc cõuenit cuicũq; diuino cultui cui b̃n̄ficiatus ad instar cuiusdã pensionis tenet̃: sicut est in b̃n̄ficiis curã animarũ v̄bũ dei predicare. cõfessiões audire. sacra ecclesiastica ministrare. ⁊ etiã cathedratico ⁊ singulis ce(n)sus: q̃ ad obedientiã ptinent: p̃prio episcopo respondere: ⁊ hec p̃bant̃ p ordinẽ de offi.ordi.in.c.inter cetera. ⁊ in ca. de peni. ⁊ re. ois. ⁊ xiij.q.ij. cura re g̃. de symo. nemo. de persecu. de quarta: ⁊ ca. cum ex offi. ⁊c.

cōuẽrente cū simi. Et tū predicte nō sunt hore canonice vt de se patet. et videbitur in diffinitione sequenti. Et q͂r veniūt cleri ci ad horas. vide quomodo cōuocenẽ cū campanis: q̃ campa ne habuerūt initiū a tubis vt ait mgr̃ iohs de beleth in libro ḋ diuinis officijs. et sic ponitur versus. Sex in campana dicunẽ cōmoda sana. Primo laudo deū verū. Secūdo voco popu lū. Tertio congrego clerū. Quarto defunctos ploro. Quinto sathanā fugo. Sexto festa decoro. Ista. Scḋo eadẽ diffinitio videẽ insufficiēs: in eo qḋ dr̃ φ ab his q̃ i forẽ dñi: nā cū p sim plicē tonsuram quis eligatur vel assumaẽ in sortē dñi. xxj. di. cleros. et. c. clericus. xiij. q. ij. et in. c. p illoꝝ de preben. Cum se cūdū eū seqretur φ qlibet simplex clericus etiā minoribus cō stitutus: non beneficiatus tenereẽ ad horas canonicas: quod est falsum: vt infra in tertia questione patebit: possemus igitur aliter diffinire et dicere. Qḋ hore canonice sunt verboꝝ sacro rū cōgeries p diuino cultu instituta: ad cuius quotidianū im pensuꝫ quis beneficio ecclesiastico vel sacro ordini se astringit hec diffinitio vel descriptio pbatur per iura in pmissis alijs diffinitionibus allegata iunctis capi. penul. et vniuersaliter. xij. di. Et videtur sufficiens cum in ea cōueniunt que in bona dif finitione requiruntur: de quibus septimo methaphisi. hoc. n. qḋ pmittiẽ sacroꝝ verboꝝ congeries: ponitur pro genere. hec autem que sequunẽ pro diuino cultu. etc̃. vsqꝫ in finem: ponun tur pro differentijs: vt euitentur improprietates pretacte in p missis diffinitionibus: nam in eo qḋ dicit: ad cuius quotidia num impensum vsqꝫ ad finē: tollitur improprietas prima et eti am scḋa: quia non facit mentionem de deuotione vel puritate dicentis. tollitur tertia in eo qḋ premittiẽ sacrorum verborū cō geries: addictio eo quod sequitur: ad cuius quotidianum: etiā euitatur nichilominus quartum: cuꝫ dicitur quis beneficio vł sacro ordini. etc̃. Et etiam cōuertitur cum diffinito: vt per se po terit faciliter quis videre per premissa. Sed pro quātitate sci entie sacerdotis vide summā anthoninā prima pte in. ca. xv.
¶ Secūdū vnde dicanẽ hore canonice. Prima q̃stio.



Ecunda questio sequitur. s. vnde dicantur hore canonice. Solutio sm guillelmū in cap. j. de cele.mis. vbi dicit q̄ hore dicunt̄ de oro.as. quonia quasi orando z contemplando dici debent. xxvj. di.ca.finali. z in ca.de ele.vbi mai⁹ in. vj. Uel dicunt̄ ab ore q̄ ſi ore z labijs sunt dicende alias recitādo: vel ab hora q̄ est ps tpis: quasi certis horis diei z noctis debent dici: vt infra deo dante patebit. Dicunt̄ etiā hore canonice a canone grece: qd̄ est regula latine. iij. di.ca. j. quasi regulariter sint dicende. xij. di.ca.penul. z vlti. Dicuntur etiā diuine de cele.mis. dolentes in fine. quasi deo impendūtur. Et dicunt̄ vigilie. xcj. di. capi. primo z secūdo. z per totā distinctiō. quod est contra desides. De quo per hosti. z io.an.de cele. mis. in ca. j. super verbo no cturnis. Hec pro maiori parte guillel. de mon.laudēn. de cele.mis. cap. j. in clemen. super verbo horas canonicas.

¶ Tertium quot sunt hore canonice.



Ueritur secundo circa premissa. Quot sunt hore canonice. Solutio dicendū videt̄ q̄ septē sm hostien. z io.an.de cele.mis.ca.j. sup v̄bo nocturnis. tres hore nocturne. s. matutinū. prima z cōpletoriū. z quattuor diurne. s. tertia. sexta. nona. z vespere. Idē guillel. vbi supra. Sz Guido for⁹. iiij. rosario. xcj. di.ca. presbiter. in pncipio dicit q̄ sm aliq̄s q̄ sunt octo hore canonice. distinguūtur eni laudes a matutinis. De q̄ ibi plene per eū. quare tot hore z talibus horis dicātur. de quibus in speculo ad plenū. ¶ Quartum que sunt hore canonice.



Uestio scda pncipalis est. Que sunt hore canonice. i. q̄ hore cōtinnātur. z q̄tū sit dicēdū in horis canonicis. Solu. dicēz q̄ illi psalmi antiphone z cetera q̄ sm cōsuetudinē pbabilē / vl' q̄ sm certā cōsuetudinē introducta sūt. xij. di. nouit. z capitulo sequenti z de conse. di. iij. in ca. j. z de ferijs. capi. finali. z melī⁹ in. c. sequenti. nam dicere hoc vel illud officiū nō est sub precepto qd̄

patet: quia diuersi diuersa dicunt de cōse. di. v. ā dic: hec guilel. vbi supra: et faciunt q̄ ponitur in. c. qui de his. et circa. xij. di. c. pe. et fi. et ibi per hugui.

Quintū / an officiū beate marie dn̄e nostre et defūctorū sint de horis canonicis.

Circa hoc querit de duobus dubijs. Primo q̄ritur vtrū suffragia siue hore defunctorū scōrum et vigilie et officiū beate marie dn̄e nostre sint d horis canonicis. Solu. dicit guile. vbi sup̄ i cle. i. de cele. mis. q̄ si qs residet in ecclesia: et oēs clerici eiusdem ecclesie assueuerūt predicta pro horis: et loco. horarū dicere respectu eius dicūtur: taliter censentur hore canonice: et ipsi ecclesiastici ad ea dicenda obligātur: tanquā ad horas canonicas: argu. d censi. in. c. ex pte. Secus si aliqui etiam plures dicerent et alij nō. Sed si cā studij vel alia cā rōnabili quis ex trauageť: non tenetur ad predicta tanquā ad horas canonicas argu. de cele. mis. c. fi. in cle. Sed in hoc vltimo videť contradicere sanctus doctor in suis quotlibet: quotlibet. vj. arti. viij. Cui⁹ verba sūt Rn̄so dicendū q̄ clericus ex hoc ipso q̄ est clericus: p̄cipue in sacris ordinibus cōstitutus: tenetur dicere oēs horas canonicas. Videnť enim oēs ecclesiastici tales esse assūpti ad laudem diuinā ƀm illud Isa. lij. O ēm qui inuocat nomen meū creaui illū. Sed in quātū est clericus bn̄ficiatus in hac ecclesia: teneť dicere officiū ƀm modū illius ecclesie. Est ergo considerandū q̄ officiū mortuorū q̄nq̄s in ecclesia diciť sicut ordinarie ptinens ad ecclesie officiū: sicut in tota ecclesia in die animarū dicitur officiū pro mortuis. Et i qualibet ecclesia est aliqua īuper hoc spālis cōsuetudo: puta vt dicať ordinarie officium mortuorū semel in septimana / vel qualitercunq̄ aliter ƀm certū tempus. Et ad hm̄oi officiū mortuorū: tenetur clericus bn̄ficiatus in illa ecclesia: etiā in scholis existens: et per hoc satisfacit mortuis: quorū recepit bona. Aliquā vero diciť officium mortuorū in ecclesia extraordinarie, p̄pter aliquā cām speciali ter emergentē: puta ad preces alicuius persone / vel propter ali

quid huiusmodi. Et ad huiusmodi officium mortuorum non te netur clericus in scolis existens. Et sic si predicte hore dicantur ordinarie in ecclesia: vtpote si dicantur certis diebus in septimana / vel quotidie tanquam ad officium ecclesie pertinentes: tunc etiam absentes causa studij vel alia leticia: tenentur dicere vt dictum est. Sed si dicantur extraordinarie propter aliquam causam specialiter emergentem vt nuper dictum est: vtputa ad preces alicuius persone vel similes: tunc absentes non tenentur ad illas: nec censentur hore canonice: et hoc verius videtur et securius: et hoc est quod dicit alia littera a supradicta. Nam illa que per consuetudinem vel statutum introducta sunt ab omnibus dicenda censentur de horis canonicis vt supra proxima .q. vn de supposito quod omnes de ecclesia consueuerunt predicta tanquam horas canonicas dicere: non est dubium quin absentes causa studij vel alia leticia teneantur vt infra dicetur.

¶ Sextum vtrum missa sit de horis canonicis.

Secundo queritur vtrum missa sit de integritate horarum canonicarum. Solutio dicendum quod non: quoniam missa in episcopis et superioribus de sola decentia est sic de priuile. quoniam episcopi. in vj. Preterea multi tenentur ad horas canonicas: qui non tenentur missas dicere nec ad sacerdotium promoueri sic de elec. cum ex eo li. vj. Item ad horas dicendas tenetur quis quotidie vt patet in diffinitione: sed non admissam sic de conse. di. i. quotidie. de hoc per guille. de mo. lauden. vbi supra.

¶ Septimum qui teneantur ad horas canonicas.

Tertio queritur qui teneantur ad horas canonicas recitandas: dicendum quod in sacris ordinibus constituti sic in. capit. presbyter de cele. mis. Quod exponitur secundum hostiensem. i. subdiaconus. Diaconus et presbyter de vita et hone. cle. ca. i. de coha. cle. et mu lie. Si quis sacerdotum cum similibus. Item ad omnes horas canonicas obligantur: quicunque obtinentes beneficia curata vel simplicia ecclesiastica: sic in c. i. de cele. mis. in cle. de

quó ibi per guillel. super verbo horas canonicas.

¶ Octauum an habens beneficium insufficiens teneat ad horas canonicas.

Circa hoc queritur vtrum habens beneficium ecclesiasticum: sed non sufficiens ad vite sustentacionem: obligetur ad horas canonicas. Solutio dicendum q sic. Imputetur eni sibi: si beneficium non sit competens. Nam ex quo fecit se ad illud intitulari: cõsequenter obligatur ad officium vt legitur et notatur in ca. cle ros. xxi. di. Item de hoc per guille. vbi supra. Secundo circa idem.

¶ Nonũ an ordinatus ad titulum sui patrimonij teneat ad horas.

Queritur vtrum intitulatus i beneficio proprij patrimonij: obligetur ad recitandum horas canonicas. Solutio dicendum q obligatur. Nã tale beneficium censetur ecclesiasticum de symo. capi. tua. Cuius ratione quis obligatur ad horas canonicas vt in allegato. c. i. de cele. mis. et eo. ti. c. i. in cle. vbi de hoc p guillel.

¶ Decimũ et vndecimũ et an layci possint dicere horas canonicas et dñs vobiscum.

Quarto et principaliter queritur vtruz liceat cuiqz horas canonicas dicere. Solutio dicendum q sic sm guillel. vbi supra super verbo horas canonicas. Et per hostien. et Jo. an. de cele. mis. c. i. sup verbo complecantur. Et si sunt layci possunt dicere horas et psalmos etc. que dicuntur in horis canonicis in silẽtio. Sed nil debent dicere in modum officij: argumẽtum nona questio ne tercia. Si quis episcopus et capitulo sequenti: quia non sũt vocati in sorte m domini sic in. c. duo. xij. q. i. vnde nec debent sacra misteria cõtingere nec cum alijs clericis officiare: quod crederem nisi in defectum forte. nec debent layci dicere dominus vobiscum. nec solẽniter debent dicere euangelium seu ministrare in altari. ij. q. iij. c. de his. et de vita et hone. cle. c. i. Et d hoc doctores vbi supra.

¶ Tertium decimum de cõuersis religiosis.

Circa hoc primo queritur. vtrum templarij ꝛ hospitalarij. cistercienses ꝛ fratres minores vel similes conuersi: qui clerici nõ sũt: possint dicere horas canonicas. Solutio dicẽdũ ꝙ quãuis tales sint religiosi ꝛ quo ad imunitatẽ. Et quidã alio gaudent priuilegio clericali de sen. ex. nõ dubiũ. ꝛ. c. porro. ꝛ. c. ex tenore. tñ nõ sunt clerici. argu. xij. q. i. duo sũt. Unde ipsi nõ pñt solẽniter dicere horas canonicas: sed solũ in silencio: sicut ꝛ alij layci. argu. eorũ q̃ legũtur ꝛ notãtur de decimis in. c. ad hoc. ꝛ. c. quãuis. de hoc per hosti. ꝛ Jo. an. vbi supra.

¶ Quartũ decimũ de monialib⁹: que nec dicũt dñs vobiscũ nec euangelium solẽniter.

Circa secũdũ idẽ q̃rit. s. vtrũ moniales litterate possint solẽniter horas canonicas psallere. Solutio dicẽdũ ꝙ sic: cũ videat̃ aliquẽ ordinẽ in bñdictione. vt in cõsecratione sua recipere. Unde aliquee ex eis. s. monialibus sunt diaconisse. xxvij. q. i. diaconissa. Ista tñ ordo ꝛ si sufficiat ad diuina officia dicẽd⁹: nõ tñ est de septẽ ordinibus ecclesie ſm Jo. ibi. nec calix. monialis etiã diaconissa: nõ dicit dñs vobiscũ: nec euãgeliũ solẽniter legit i missa nec ministrat altari sic de coha. cle. ꝛ mu. e. i. in fi. quãuis i matutino legat homeliã: q꞉ ex cã religiõis ꝛ deuotiõe ꝛ in cõsolatione fragilitatis sexus: concedit ecclesia: sicut dispensat q̃nq꞉ cũ depositis minorib⁹: vt lectiões legãt ꝛ rñsoria in choro. Et sepatim cãtent: qð de rigore ꝓhibet̃ sic in. c. sicut dignũ. ꝛ in. c. clericos: hoc hosti. ꝛ Jo. an. vbi supra.

¶ Decimũ sextũ: an p statuta possit aliqð de horis mutari.

Quinto ꝓncipalr̃ q̃rit̃. vtrũ p statuta ꝛ cõsuetudies possit aliqð imutari: circa horas canonicas. Solutio dicẽdũ ꝙ sic. Cõsuetudines. n. ꝓbabiles vl' certe cõstitutiões circa talia ꝟuabũt̃ et sic i. c. nouit. ꝛ i c. sequenti. de conse. di. iij. ꝛ. c. i. de fili. ꝓsꝫ. ꝛ ca. vniuersaliter. Nam dicere hoc non est sub precepto nec illud. qð patet: q꞉m

diuersi diuersa dicūt de cōsc.di.v.Quis enī mōr Romanę se- quendus sit in sacramentis de tpibus ordi.ca.j.z.ij. nō tamen semper in offi cio vt patet in capi.j.de cele.mi.in cle. z de ferijs ca.ij. Nam particulares ecclesiaꝝ cōsuetudines seruāde sūt p beneficiatos. In eis igit poterit eps p suū statutū mutare aliqua in sua eccīa vł diocesi circa diuinū officiū iuxta notata rx.di.capitu.j.glo.iij.in fine: quod intelligit ibi.guillel.in ro- sario de his q ad solēnitatē pertinent:q cōsuetudine: non pre- cepto maioꝝ sunt introducta. Secus in his q ab apostolis vł sanctis patribus z canonicis institutis sunt statuta. In illis enī nil potest per statutum episcoporum vel ecclīarum consuetudi- nes imutari:facit de maio.z obe.c.iiij.z in.cap.inferior.rxj.di.

¶ Xvij.an eps possit dispēsare circa horas dicendas.



Irca hoc primo querit. vtrū prelat' vt eps possit dispensare cū subdito ꝓpter aliqua impedimēta rationabilia: q quis non teneat ad dicendū ho- ras canonicas. Solutio: dicēdū q nō. dū cuȝ is de q q̄rit eas dicere possit. Nā cū hore sint i pcepto de iure vt rrj.di. in ca. presbiter. z de cele.mis.ca.j.z capi.dolētes.z co. ti.ca.j.in cle. Et epi qui sunt iurium conseruatores: nō possūt iura superioꝝ tollere sic in cle.prima ne clerici vel mona.

¶ Xviij. an papa possit dispensare super horis nō dicendis.



Ecūdo circa hoc idem queritur. Utrū papa pos sit cū aliq sacerdote dispēsare ad hoc ne teneat z obligeť horas dicere. Solutio dicēdū fm guil- lel.de mon.laudē.in.c.fi.de cele.mis.in cle. super- vdo aliquid.dicit q pōt romanus pontifer in parte: sed non in toto:quod non credo verum:immo credo q possit dispensa re in totum.excepta oratione dominica de qua mathei sexto. cum oratis. zč. Cum enim de iure positiuo sit introductum q hore canonice dicantur: vt per proxima capitula allegata: nulli dubium q contra ius positiuum quodcunq sit: papa possit dispensare: sic in ca. proposuit de cōces.pben.cū ibi nota tis. Caueat tamē sibi: ne sine causa dispenset:iuxta sup notata

per guil. ꝛ hosti. ꝛ io. an. in nouella de preben. de multa.
¶ Decimũ nonũ an deuotio ꝛ attentio sit de essentia ꝛ substãtia horarũ: q̃ idem ẽ. Sexta questio.


Exto principaliter queritur. Utrum quis obligetur ad dicendũ horas canonicas cũ deuotione ꝛ attentione intrinseca. Solutio dicendũ. ꝙ quis tenetur dicere horas canonicas cũ deuotione: quãtũ in se est: sic ꝙ intentionẽ habeat eas deuote dicendi. Et si ex accurata negligentia det operam sue cogitationi diuertendo ad alia: vel intermiscendo se fabulis aliorum vel similia faciendo: peccat mortaliter: sic in allegato cap. dolentes. ꝛ in cle. c. j. Sed al's si preter suam intentionẽ vel culpam diuertat ad alias cogitationes. non peccat mortaliter. sed tantum venialiter ẽm hosti. notata. xxv. di. iiij. Al's. vnde dicit ꝙ ꝛ si preceptũ sit ꝙ vnusquisq; ad hoc tenet̃: dicat deuote ꝛ attẽte horas suas deuotio ꝛ attentio sunt suadende. nõ tamẽ subsunt precepto sed gratie dei: ẽm ꝙ ipsaz dare voluerit: sũt relinquende. ex homine tñ est ꝙ ipa gratia habeatur. ꝛ sic ꝓ supradictis ꝛ multis alijs. dꝫ mat. vij. oĩs enĩ qui petit accipit ꝛ qui querit inuenit ꝛc̃. Et sic oĩa iura proclamant: vigilantibus ꝛ nõ dormientib⁹ iura subueniũt. vt l. c. vigilãti. ď perscri. Et sic dicebat quidã Solicitudo est mater diuitiarum. i. spiritualiũ. ꝛ sic tu esto solicitus. circa ipsum deũ. Unde dicit hugo. de sancto victore hõ nõ habet gratiã nõ ꝙ deus eam dare renuat: sed quia homo eam recipere recusat. Et in hoc resident hosti. ꝛ io. an. in allegato. c. dolentes. in fine sup verbo matutinũ. Et guillel. vbi supra sup verbo labioꝝ vnde dicit ꝙ bonũ est ꝙ saltĩ in generali cõfessione: q̃ quotidie fit in missa vel horis dicendis exprimatur peccatũ obmissionis.

¶ Uigesimũ de cogitatioĩbus tempore officij diuini.


Jrca hoc primũ querit̃ cũ cogitãs sup aliq̃ dũ dicit horas canonicas bono spirituali / vel magna vtilitate eccľie / vel alijs actib⁹ meritorijs excuset̃. Solutio ẽm io. an. post innocẽ. de cele. mis. in. ca.

dolētes sup v̄bō matutinū. dicit̄ ꝙ cū aliqs teneat̄ ꝗtū ī se ē d̄uo
te ⁊ attēte horas dicere ꝑ ꝓpria dicta: nō debet. ꝓpt̄ alia bona
volūtaria hoc qḋ ē necessariū obmittere: cū p̄dicta alio conue
niēti tp̄e possent cogitari. Et hoc ē verū nisi necessitas vl̄ vtili
tas. q̄ dilationē nō capit: cogat eū d̄ alijs cogitare: argumētū
eoꝝ q̄ legūt̄ ⁊ notant̄ d̄ re. iu. qḋ nō ē licitū verūtñ cū ɓm boe-
ci. Cor hoīs vagū ⁊ velociꝰ oī mobili. Nō ē adeo fortis hō: ꝙ
tales cogitatiōes euitet. vñ nec semꝑ ī hijs motibꝰ mortaliter
peccat̄: ſ; venialit̄ vt sup̄dictū ē: ideo ɓm Inno. nō videt̄ pec
care: si qñ nimis fatigatus ē spū s: ꝓut fieri sine scādalo aliqñ
causa recreatiōis exeat ecclesiā: vel alia dicat vel cogitet p̄ter
illa q̄ legunt̄. Caueat tñ ne in hijs excedat ⁊ nimiū frequen-
ter ɓm ip̄m. nec credo ꝙ ex hoc officiū interdicit: nisi quis gra
uiter lapsarctur: quod de facili nō accidit. Generaliter aūt ta
lia ꝓhibēt intermisceri ī officio. vt in allegato. c. dolētes. ⁊. c. j.
eodem titulo. in elementina prima. de cele. mis.

Uigesimū primū: an q dicit horas si nō intelligit si peccet.

Secūdo circa idē q̄rit̄ vtrū ille q nō itelligit ea q̄
legit peccet mortalit̄ dicendo horas canonicas.
So. dr̄: ꝙ si nō itelligit ex eo ꝙ ñ attēdit ad ea
q̄ dicit. tūc ē dicēdū vt sup̄ ī p̄ncipali q̄stiōe. s. ꝙ
d; deuote ⁊ attēte īspicere q̄ recitat ⁊c̄. vt itelligat. Si aūt nō in
telligit ꝓpt̄ defectū scie: tūc si nullū h; bñficiū vel simplex aut
tale: ī q̄ nō reqrit̄ scia grāmatice: nulli dubiū ꝙ nō peccat. Si
aūt obtinet tale bñficiū: ī q̄ reqrit̄ grāmatica: tūc peccat ī reti
nēdo tale bñficiū: nō tñ peccat ī dicēdo horas. hāc solutionē
ꝓbāt notata ꝑ archidiaconū. xxxvj. di. in. c. illitteratos. ⁊ per
Inno. hostiē. ⁊ Io. an. in de ele. cū in cūctis. Et ꝑ eūdē Io.
an. de p̄bē. in. vj. in. c. si paup. sup verbo irrita. Septia. q̄sti.

Uigesimū secūdū an sufficiat dicere horas mēte ⁊ nō labijs.

Septimo p̄ncipaliter queritur vtrum quis tene
atur horas canonicas verbaliter recitare: vel suf
ficiat eas mente discutere. Solutio dicendu; ꝙ
labiorum expressio requiritur argumentū de ce-
le. mis. capi. j. ⁊ in dicta cle. isto titulo cum dicat fructu; labioꝝ

&c. cū ibi notatis. & hoc credo verū: nisi esset impedit⁹ in officio laborum pro tunc enī ipsm impossibilitas excusaret sicut in simili bus casibus: quia nemo obligatur ad impossibile sic cōis scola. s. sanctus doctor sua. iij. parte. q. lxxxiij. ad. viij. in corp. sic etiā in. c. quanto. de consuetu. & in ea. nemo. de re. iu. in. vj. & in ca. consiliū. de observantia ieiuniorum.

¶ Vigesimū tertiū an psalmus obmissus debeat iterari.



Circa hoc primo queritur vtrū psalmus obmissus debeat iterari dū recitātur hore canonice: vt s. sit verbo reiterand⁹. Solutio dicendū fm inno cētiū & io. an. in allegato. c. dolentes. de cele. miss. super verbo matutinū. Si totus chorus obmisisset psalmū: puto q dicēdus esset: nisi forte scandalū iminceret: & tunc enī nō ē vni⁹ psalmi obmissio q propter hoc sint audientes scandalizā di sic in. c. nichil de perscri. si vero aliquis vel alique singulares persone psalmū obmitterent non ex negligentia: nō debēt ad illū redire pptercausas prime dictā. s. pp ter scādalū. Et hoc vult innocē. ibi. Et sic dicit scotus in quarto. sen. q si aliquis vult recitare horas canonicas: q & in exordio hz intētionē dicē di omnes horas canonicas: & postquā inceperit: mens talis euagetur taliter q dicens nesciat vtrū dixerit talē versum vel talē: dicit scotus q sufficit in hoc casu virtus formalis. i. inten tio vniuersalis quā habuit a principio: q dedit esse omni actui a parte principij: quā dicentis intētio fuit dicere oēs horas to taliter: qui forte de consilio deberet resumere. sic in. c. iuuenis. de spon. vbi dr. Et q in his que dubia sunt qd certius estima mus tenere debemus. Et in capitulo. si quis autem. &c. de pe. ni. di. vij. quasi in fine. dicitur. Tene certum & dimitte incer tum. sic etiam esopus in fabula de cane vbi dicit. Non ergo debent pro vanis certa relinqui. Ego tamen credo q cessante scandalo: verius vel psalmus obmissus sit supplend⁹: & si mul tum obmissum fuit: totū officium est resumendū. & istud supra dictū est securius. s. q non dictū resumat: presertim si obmissū sit paruum: & sic aufertur dubium. Et hoc est securius semp Cum ordo in horis dicendis sit seruandus sic in capitulis

penul. ꝛ finali. ꝛ de cele. miſ. c. finali. in cle.

¶ Uigeſimũ quartũ an veniẽs tarde ſine culpa debet dicere iam partem dictam horarum.

Secũdo circa idẽ querit̃ vtruʒ ille q̃ ſine malicia nõ interfuit principio horaꝝ vel fini nequeat intereſſe: teneat̃ totũ officiũ vel illud dictũ q̃d omiſit reiterare. Solutio ſm̃ Innocẽtiũ ꝛ Jo. an. ĩ allegato. c. dolẽtes. ſup verbo matutinũ circa finẽ. Dicendũ q̄ nõ oportet q̄ a capite incipiat vt finẽ ſuppleat. Si tñ magnã vocũ vel laudũ ptem obmitteret: benefaceret: ſi illud diceret ſm̃ Jnno. Et dicit Jo. an. q̄ hoc vltimũ credit eẽ tutũ: vt patet per ſupradicta. ꝛ hoc videtur tenendum.

¶ Uigeſimũ quintũ vbi debẽt dici hore canonice. viij. q.

Ctauo querit̃ p̃ncipalit̃ vtrũ hore canonice ſint dicẽde: ĩ eccleſia. So. ſm̃ guille. in allegato. c. j. d cele. miſ. in cle. ſup verbo illi ad quos ptinet. ꝛ ſup verbo in ipis eccleſijs. Dicẽdũ q̄ ſi aliq̃s eſt reſidẽs in eccleſia collegiata: tenet̃ cuʒ alijs in eccleſia ſolẽniter dicere horas. vt p̃bat̃ in allegato. c. in cle. p̃ma. de cele. miſ. In alijs aũt eccleſijs nõ collegiatis: poſſunt dicere ſubmiſſa voce: vt ibi videt̃ inferri: a quo ſenſu. vt. xv. di. qualis expedit tamẽ q̄ in pſalẽdo intus eccleſiã totũ officiũ ſuũ dicat ſi põt iuxta pſalmũ. lxvij. In eccleſijs benedicite deo dño. maxime in magnis feſtiuitatib9. argumẽtũ. vij. q. j. ſi q̃s in clero. Hoc vltimum credo verum in reſidentibus: cum ſolẽniter dicunt officium. Secus ſi quandoq̃ velint in p̄prijs officijs priuate dicere p̄pter occupatiões. Sic etiã videt̃ in nõ reſidẽtibuʒ cauſa ſtudioꝝ: vel p̄pter aliã legittimã cauſam: ſic de cle. non reſi. c. j. ꝛ eodẽ libro. c. finali. Tales eñ fingunt̃ ſeruire eccleſie. vnde cũ eccleſie ſue ſeruiãt: nõ tenent̃ ad aliam eccleſiã accedere: p̄ horis dicendis niſi velint. vt in iuribus allegatis. Et de elect. cum non deceat. libro. vj. cum ſimi.

¶ Uigeſimũ ſextũ an principes debeãt mãdare horas canonicas in ſuis capellis ſolẽniter dici.



Circa hoc primo queritur vtrū princeps vel principes seculares debeant ⁊ facere possint sibi solēniter dicere horas canonicas: ⁊ totum diuinum officiū in suis ꝓprijs capellis. Solutio dicendū ꝙ dicit hosti. ꝙ ipse non reprobat talem deuotionē: dū nō sacerdoti curato vel alijs nullū ex hoc preiudiciū generet: ad hoc de priuile. cū capella. ⁊ de decimis. tua nobis. Et de hoc per ipsum hosti. ⁊ Jo. an. de cele. mis. c. i. super verbo compleant in fine notetur.

¶ Uigesimum septimū an hore canonice possunt dici quocunq3 loco ⁊ tempore.



Secūdo circa hoc querit vtrū is qui tenet ad horas canonicas: possit eas dicere in lecto dum se induit / vel dum manus abluit / vel similia facit. Solutio aliqui dicunt ꝙ sic allegantes exemplū cuiusdā sancti: qui dum existens in latrina vulgariter priuada horas diceret: interrogatus quid ageret. Qui respondit purgo meum ventrem ⁊ laudo dūm oipotentē. Sed hoc cre do verum in horis vel orōnibus volūtarijs. Sed horas canonicas: ad quas tenetur quis: non debet dicere: duz intentus est ad alia. Si tamen aliquis occupat⁹ in studio vel similibus licitis ⁊ meritorijs occupatiōibus: credo ꝙ tunc possit dicere horas: dum se induit. abluit / vel similia facit: que tamen eius imaginationē non diuertant totaliter ad alia: sicut esset scribere / vel alia hmōi facere: iuxta ea que dicta sunt supra in sexta q̄stione. Et incipit. Sexto principaliter vbi dicit: non det operam sue cogitationi diuertendo ad alia / vel inter miscēdo se fabulis aliorum ⁊c.

¶ Uigesimū octauum / an liceat clericis aliquid recipere pro horis dicendis. Noua questio.



Primo principaliter queritur. Utruz liceat clerico ꝓpter horas canonicas ⁊ diuinū officiū recitādū aliquid ex pte recipere. Solutio. ꝑ grophe. ray.

ꝛ hosti.in sūmis de symo. Et innocen. ꝛ hosti.in prelu. vj. su.c. iij. Et Io.an.post ipsos de preben. significatiũ super fi. p glo. Qui dicunt ꝙ clericus intitulatus nullo modo possit vendere parrochianis operas suas etiam obtentu sumptuū ꝛ inopie releuāde de cōse.di.i.sufficit: alias cōmittit symoniā: de symo. c.suam. Sed si sacerdos parrochialis egeret: cogerentur par rochiani assignare ei sustentationem vite. xvj.q.i.in.c. statuī mus: facit de conse.di.i.in.c.omnis xp̄ianus. Et de hoc per ioban.an.de parro.i. c. vt dn̄icis. In alijs ꝟo ꝛ si nō liceat lo care operas suas diuinas: possunt tamen locare operas corpo rales quod est notandum. vnde potest se obligare ad morandum cum aliquo domino pro certa pensione: ꝛ sibi seruum in licitis ꝛ honestis: vt scribere pueris ꝛ eos informare ꝛ similia que benefieri possunt: saluo semper suo ordine de symo.c. iu-dei. Et sic licebit in genere quod non liceret in specie sic de iu. patro.ex litteris.ꝛ in.c. cōstitutus de concess.preben. vel qḋ tu tius est: ꝙ excipiat ab hac generalitate non solum mente: sed verbo speciales operas quas ad partem potest per id temp⁹ sine precio gratis promittere. Sed caueat ne contractus inui cem misceat de rerum permuta. ad questiones. Et putat inno centius ꝙ sic posset locare diues ꝛ pauper vt pro mansione qm̄ facit in ecclesia/vel pro alijs seruicijs/vel pro compensatione damnoꝝ: que sustinet occasionem illius more: non pro diuinis officijs recipiat precium.

¶ Uigesimū nonum de anniuersarijs/an sint relicta vel non

Circa hoc primum queritur. Utrum liceat statuere anniuersarium: in quo certum quid determinetur clericis horis ꝛ diuinum officium recitantibus. Solutio. quāuis innocen. dicat in.c. significatuꝫ. de prebē. ꝙ nulla conuentio fieri possit: vt dato certo: qd anniuersarium fiat. Hosti. tamen dicit ꝙ si hoc est verū: infini ti essēt symoniaci: ꝙ quāuis ex pacto special vt pro certa pecunia: certe misse vel hore canonice dicantur: cōmittatur symo nia: tamen bene licet ecclesie certos reddit9 constituere: qui bus admittitur onus anniuersarij celebrandi in eodem.c. signi

gnificatum de preben. cũ suis concordantijs: et tun cũ res trãsijt cum onere suo de deci. in. c. pastoralis. de dona. in. c. cuz dilectus. de iudi. c. ij. Et si non adimpleatur: potest res reuocari vt in predictis iuribus. Tutius tamẽ est. t sz hosti. dicere. Relinquo tali ecclesie vel tali monasterio quattuor libras annuas in anniuersario meo inter illos tantum qui nunc erant: vel interfuerant et officiauerint diuina: et diuiserint diuidendas sm cõsuetudinem ecclesie. Et sic rogo prelatum et capitulũ illius ecclesie: vt anniuersariũ meuz faciant sicut decet. Et sic nota, q vnusquisqz sacerdos potest ministrare diuina: et ministratis diuinis: potest aliquid petere a mãdante: nõ habito respectu ad rem diuinam: sed ad laborem suum. Et sic vnusquisqz potest locare operas suas: quod est notandum pro multis que quotidie se offerunt: et que offerre possũt: et sic semper spũalia sũt pº expedienda ab ipsis ecclesiasticis q labores ab ipsis petant.

¶ Trigesimũ de symonia mentali in distributionibus.

SEcundo circa idem queritur. Utrum ille qui dicit solum ea intentione: ut recipiat denarios: qui sibi interessentibus distribuuntur: cõmittat symoniam. Solutio dicendum q quãuis glo. in. c. cõsuluit. lxxxiiij. di. alias in. c. consequens. lxxxviij. di. Et arg. xxj di. clericus: teneat q sic. verius tamen videtur q nõ. Ipse enĩ in argumento. ij. q. i. in. c. sacerdotes super verbo participent sm hosti. qui de hoc tractat verbo. Sed olim de clericis non residen. c. i. li. vj. in glo. dicunt quidam in fi. dicentes. tales nõ committere veram symoniam: cuz nulla expressa pactio intercedat. i. mediet inter partes. Peccat tamen grauiter et mentaliter symoniam committit talia mente corrupta faciens: sed ista talis symonia mentalis cuiuscunqz fidelis per penitentiã aboletur. i. destruitur: sic de symo. tua nos. et in. c. licet heli. istoti. qd nota pro multis. Idẽ tenet ipse archidiaconus in dicto capitulo primo in cle. de cele. mis.

¶ Trigesimũ primum de impedito dicere horas an peccet si dimittat. Decima questio.


Ecimo principaliter queritur. Utrum obligatus ad dicendū horas ꝓpter rōnabilē occupationem vel impedimētū: possit eas sine peccato dimittere Solutio dicēdū. ꝙ quāuis aliqui doctores sicut abbas in. c. i. de cele. mis. ⁊ guillel. de mon. lauden. in cle. i. isto ti. dicant ꝙ si beneficiatus est in minoribus ordinibus tantū constitutus: excusēr ab officio multis de causis. s. ꝓpter cōsuetudinem: vt in. c. cum oēs de consti. Item ꝓpter appellationem / vel similem arduam cām vt in. c. peruenit. de appel. vel ꝓpter studium / vel aliam cām rōnabilem de cle. non resi. in. c. relatum. ⁊. c. cum ex eo isto ti. in. vj. tñ quia p̄dicta iura non loquūtur in officio dicendo: sed in residencia faciendo in ecclesia vt patet intuenti: ideo videtur breuiter dicendū s̄m hosti. ⁊ io. an. de cele. mis. c. i. super glo. vltima. vbi dicunt ꝙ propter nullam rationem vel impedimentum: hore canonice sunt omittende. Siue enim quis in studio siue in peregrinatiōe vel etiā in infirmitate constitutus: dum tamen eas dicere possit comode: tenetur eas dicere: vtpote quia euadit alias iacet de infirmitate quartane ventris / vel habet simile impedimentum nō continuū. Secus aūt si haberet continuū impedimentū ⁊ ineuitabile: tunc impossibilitas eum excusaret. sic in. c. cōsilium de obserua. ie.

¶ Trigesimū scd̄m an excōicat⁹ debeat dicere horas canōicas


Irca hoc primo queritur. Utrum excōicatus vel peccator debeat dicere horas canonicas an dimittere. Solutio dicēdum ꝙ talis tenetur dicere horas in modum priuati hominis. s. adinstar layci siue dñs vobiscum: ad hoc vt deus citi⁹ illuminet mentem ei⁹ argu. de pe. ⁊ remis. quod quidem. non enim propter suam culpam vel maliciam debet releuari ab huiusmodi pensione horarū: in qua deo tenetur: vt in. c. intelleximus d̄ iudi. hoc guil. in allegato. c. i. super verbo puritate. Sed licet dicta, fatear in excōicato vel deposito / vel degradato: qui sunt suspensi ab officio suo. de cle. exco. mi. c. ij. ⁊. iij. ⁊. c. si celebrat isto titu. cum

ibi notatis:non tamen credo ꝙ simplex peccator aliter dicere ꝙ consueuit:debeat. Talis enim quamuis sit suspensus quo ad se respectu dei:non tamen est suspensus quo ad alios ꝛ quo ad ecclesiam militantem:quoniam concernunt iste solemnitates scilicet de modo dicendi horas:vt in.c.i.de cele.mis.in cle.circa finem scilicet ad hoc de coba.cle.c.fi.ꝛ sic dicit Jo.an. in.c.i.de cele.mis.ꝙ si excōicat⁹ excōicatiōe maiori dicat dominus vobiscum dicendo horas canonicas modo publice modo secrete:talis efficitur irregularis. Irregularitas incurrit excom cum dicit dñs

¶ Trigesimum tercium/an clericus degradatus vel depositus debeat dicere horas canonicas.



Secundo circa idem queritur. Utrum degradatus vel depositus debeat dimittere horas canonicas. Solutio dicendum vt supra proxima questione:ꝙ talis non debet horas canonicas omittere ideo tenetur eas dicere in modum suffragij priuati:ꝛ adiustar layci vt dicitur supra in quarta questione. Ad hoc de cleri co excō.minis.si quis presbyter glo.ij.ꝛ ibi per Jo.an. Inno. ꝛ hosti.in summa de sen.exco.c. vltimo.

¶ Trigesimum quartum an omissio horarum sit peccatum mortale. Questio.xj.



Undecimo queritur principaliter. Utrū is qui tenetur ad horas canonicas eas omittens peccet mortaliter. Solutio dicendum ꝙ cum hore canonice sint in precepto.vt proxi.di.in.c.presbyter de cele mis.in.c.dolentes. Et eodem ti.c.i.in cle.eas omittens cōtra preceptum venit.vnde peccat mortaliter.xiiij.q.i.quod pͣcipit.de vbo.signi.i bis. Si vo omittat eas ex obliuione: peccat venialiter.xxv.di.§.criminis.ver.qui autem sunt minuta. Sed si omittat eas ex impedimento ineuitabili: nullo modo peccat vt dicitur supra in quarta questione. Et de hoc guillel. in rosario in allegato capi.presbyter super verbo horas.ꝛ in c.sequenti in principio. Et per guillel.de mon.lauden. in allegato.c.i.super verbo labiorum.

¶ Trigesimum quintum de particula omissa in horis.

Circa primum queritur. Utrum omittens aliquã partem de ipsis horis canonicis peccet mortaliter. Solutio dicendum. q si ex proposito vel accurata sui negligentia: utpote: quia aliorum̃ fabulis vel negotijs se intromisceret: peccat mortaliter. Alias si ex negligentia aliquid omittit: peccat venialiter: vt in allegato capitulo dolentes. z ibi de hoc per Jo. an.

¶ Trigesimum sextum an dimittere omnes horas diei sit vnum peccatum vel plura.

Queritur secundo circa idem. Utrum pro omnibus horis dimissis peccetur vno peccato vel pluribus peccatis. Solutio dicendum q cum vnũ sit officium totius diei constans ex suis partibus z vnum sit preceptum de horis dicendis: eas omittens tñ offendit in vno precepto z vna omissione: z ideo vnum est peccatum: licet grauius peccat quando plures eius partes omittit scz si omittantur omnes hore: q̃z si omitteret vnam tantum: vt matutinum vel primam / vel aliam horam. hec guillel. in rosario. xxj. di. in. c. presbyter super verbo horis.

¶ Trigesimum septimum de pena clerici non dicentis horas. Questio. xij.

Duodecimo principaliter queritur q̃ pena puniatur omittens dicere horas canonicas. Solutio dicẽdum. q eas horas dimittens siue pretermittens sine iusta causa. Quandoq3 debita obiurgatione compescitur. xcj. di. c. i. cuius littera talis est. Qui autem turpi lucro / vel inhonesto negocio victum sibi querere prohibet de oblationibus ecclesie stipendia consequatur: q si ecclesia ei sufficere non poterit: proprio artificio / vel agricultura exemplo apostoli: qui de labore manuum viuebat: siue necessaria inueniat. i. querat. Ita tamen vt occasione sui corporis: vigilijs ecclesie non desijt: quod absq3 iniquitate. i. infirmitate sui corpusculi nulli impune. i. sine pena conceditur. Cuius casus est: cor-

ripiantur clerici: qui matutinis officijs /vel vespertinis se sub trahunt. Quandoqz stipendio priuatur et excõicatur iuxta capitulum clericus victum in fine eiusdem di. Cuius littera talis est. Clericus victum et vestimentuz sibi artificiolo vel agricultura: absqz officij sui dumtaxat detrimento preparet. Clericus eniz qui absqz corpusculi sui in equalitate vigilijs dee stipendijs priuatus excõicetur. Et dicitur hic vigilijs glo. nõ inde videntur puniendi si desint diuinis officijs: cum non possint percipere necessaria ab ecclesia: cum de altario debeant viuere sm apostolũ. i. corinthio. ix. tamen quia fecerunt sibi preiudiciũ quando permiserunt se promoueri ad tam tenuem ecclesiam sicut est in matrimonio carnali arg. xxxij. q. vj. borrendum. Unde sicut vir tenetur ministrare necessaria vxori: que tamen debitum reddere non valet. xxxij. q. vij. quia proposuisti. Et ita iste tenetur officiare ecclesiam licet pauper sit. Et cũ apostolus dicat. Scio et abundare et esurire etc. xl. di. que dicit ministret ei scz in armis. xxj. q. i. clericus. in fi. Imo videtur qd aufertur ei ecclesia: qui ad tenue beneficium se promoueri consensit vt extra de preben. de monachis. c. vl. Sed quid si a pncipio fuit diues talis ecclesia: cum ad eam promotus est: sz postea vgit ad exiguitatẽ. R. dices clericũ adhuc nõ teneri sed episcopus: tñ in hoc casu et impremisso: debet episcopus eam vnire alijs ecclesijs sic. x. q. iij. vnio. et de cõse. di. i. omnes. Stipendijs glo. sed cui applicantur. Solutio dicendum. qd canonicis insimul cum episcopo. Sed hoc verum est in eo quod õcõi precipiebantur: alias videtur qd tantum canonicis: argu. C. de hereditate de curionum et nauiculariorum. l. i. et. ij. et. iij nisi cũ iniuste priuatus est: tunc oĩa ipse recuperat q̃ amisit. ff. de re militari. Sed certe, ego credo qd suũ bñficiũ debet assignare alicui: qui celebret pro eo: donec ipse est excõicatus vt extra de appel. puenit. sed cui applicabit pot dici sic. notani. xiij. q. ij. in summa. Clericus artificiolo. glo. ex quo artificiolo clericus potest sustentare se: hoc notaui. xiiij. q. ij. in summa. Sed

p supradictis pondera dictum apostoli pma corinthi. nono. vbi ait. Qui altario seruit de altario viuere debet z econtra. z sic qui nō seruit altari. i. ecclie: non debet viuere de altario. i. de redditibus ecclie. z sic etiā est illud nimis vulgatū ꝑpter officiū daf beneficiū: ergo cessante officio debet cessare z beneficium sic in. ca. cum cessante. de appe. Et sic illa die qua sacerdos dicit horas canonicas: facit fructos suos ecclesie: quas si dimittat aliqua lasciuia uel negligentia fructus illius diei: siue redditus debenf illi ecclesie vel pauperibus illi⁹ loci vbi sita est ecclesia in qua habet redditus z in qua intitulatus est: et sic illi ecclesie pro illo tpe debenf tanq̄ vidue. Sed si non dicat horas canonicas gratia alicuius infirmitatis naturalis corporalis: tunc bene gaudet omnibus fructibus z redditibus ecclesie vt in. c. ex parte. de cle. egro. z in plibus alijs iuribus: quoniam nullus obligaf ad impossibile vt iam dictum est. s. in ca. quāto. de consu. z in. c. nemo. de. regu. iu. in. vj. Et per sanctū tho. in sua tertia pte. q. lxxx. ad. viij. vbi dꝭ q̄ leges diuine nec hūane nō obligāt aliquē ad ipossibilia. Et sic ecclesiastici semper deberent operā rebus licitis z honestis dare ne forte si fiat contrariū qd absit erunt causa sue infirmitatis quādoqz non naturalis sed casualis. pro quo vide. ca. significasti. de homi. ij. z. c. cū sit. de postu. Sequr clericus qlibet verbo dei eruditus. artificio victū querat. Itē oēs clerici q ad operandum validi sunt: z artificiola z litteras discant. quod vero non pro emendo aliquid in foro vel in nundinis deambulent: quod si fecerint ab officio suo degradef. Interemptores aūt ab officio declinantes vel negligentius agentes: ab officio suo remoueātur. Itē in cōsilio aurelianen. Clerici vero qui ad opus sācti adesse contēpserint ꝑm arbitriū epi ecclīasticā suscipiāt disciplinā. Cūaūt ad ecclesiā venerint: corde magis q̄ voce deo cantandū meminerint. Et sic dicit augusti. in libro sue confessionis in titulo de pctis ex visu z auditu. cui⁹ verba sunt. Et cōfiteor p auditū q: peccaui per complacentiā sonoꝝ musicorūz consonantiaꝝ z melodiaꝝ vocū ad relationes mūdanaliū no

norũ magis delectatus in vocibu s q̃ in rebus: signanter in ecclesia placendo ignota q̃ per notã celebrata. Si vero castigatus post satisfactionẽ nõ meruerit veniam ab episcopo vel ab officio remoueatur sic in dicto ca. clericus qlibet. xcj. di. vl' ẜm arbitriũ prelati: ecclesiasticã suscipiat disciplinã. xcj. c. i. i. c. clerici. Unde cũ diuerse pene sint expresse in iure. videtur relictũ arbitrio superioris: quam velit penam imponere qualitate persone: z aliis circũstantiis consideratis sic in ca. de cansis de offi. dele. z in ca. finali de transa. Et in ca. sicut dignũ de homi. de hoc p guil. de mõ. laudẽ. in allegato. c. j. sup vbo horas canonicas. Trigesimũ octauũ an clerici omittendi horas sit iniungendũ q̃ reiteret. ¶ Circa hoc primo queritur vtrũ omittenti dicere horas canonicas sit imponẽda penitentia q̃ resumat vel alia satisfactio. Solutio dicendũ q̃ cum per dimissionem horarum videatur census vel debitum retentum quod deo debetur quia sicut seruus ad tributum: sic clericus ad diuinũ officium obligatur sic in capitulo. j. de seruis non ordinã si aliud obsistat semper est pena iniungenda: vt obsequium z debitum deo subtractum restituatur. vt peccatum dimittatur ad hoc de vsu. in ca. cum tua. Et in ca. j. xiiij. q. vij. cum similibus. si tamen cõfessori magis videatur expediens: q̃ peccator aliam agat penitentiã q̃ si reiteret horas ipas canonicas. forte ꝑpter magnam multitudinem ad quã tenetur z sic esset cõculcatio. de re. mili. nemo potest. vl' q̃a forte nĩmis indeuote cõsueuit dicere. tunc potest in aliam penam conuertere. ꝑpter periculum omissionis. argumentũ. lxxx. di. p totũ presens. Hec guil. de mon. lauden. vbi supra.

¶ Xxxix. an cessante impedimento qs teneat ad horas.



Ecundo circa idem querit. Utrum ille qui omisit horas canonicas ex impedimento vel alia causa legittima illa cessante teneat z sibi iniungi debeat: vt ipsas horas omissas recitet. Solutio di-

cendū: φ si tanta fuit infirmitas vel impedimentū φ in totū fuit impeditus dicere: ꝛ per consequens fuit excusatus adiscē dor: tunc non tenetur redicere postφ semel fuit liberatus. De hoc de clericis nō resi. ad audientiā. Si tamen hoc ad cautelā facere vellet: cōmēdandus est ꝰm hosti. ꝛ io. an. de cele. mis. c. i. sup glo. viti. Obligatio. n. semel extīcta: nō reuiuiscit. xx. q. iiij. si ille. Et de pe. di. iiij. diuina clementia. Et de accusationibꝰ de his criminibꝰ. Sed contra hoc facit. nam difficultas pre stationis: non tollit obligationē: sed suspēdit. vt in. c. odoar dus de solu. cū concordantijs ꝫ. ꝛc. deo gratias. finito libro de horis dicendis reddo gratias christo. Et pro supradictis nota φ nullus clericus debet missā celebrare nisi prius dicta prima vł ma. Et potest dici missa vsqꝫ ad horā nonā, sic in c. nocte sancta. de conse. di. i. ꝑ quo vide ca. i. de cele. mis. Et ibi ponit quomō hore canonice sunt septem. Et in ca. sane de cele. mis. sup particula inclinet dicit glo. s. flexis genibus. Et potes dicere verba ista. Salue lux mūdi: vbū prīs: hostia vera: viua caro: deitas integra: verꝰ hō: vł potes dicere vba ista. Trāsub stantientur res iste in corpus ꝛ sanguinem tuū domine ad ho norem ꝛ laudē nominis tui ad confessionem peccatorum ꝛ ad salutem animarum nostrarum. ꝛc. Sed nota qualiter debent dicere horas beneficiati diuites ꝛ beneficiati pauperes. Pro cuius declaratione vide capitu. presbiter. de celebratiōe missa rū. super ꝑticula presbiter. ꝛ sunt notanda glo. persoluat con silium est vt simul dicat omnes horas: ne superuenientibꝰ oc cupationibus aliquā horam dimittat. Et intelligitur de cleri cis pauperibus quos ad opus rurale oportet exire vt in litte ra patet. alias suo loco ꝛ tempore dicende sunt singule hore ca nōnice. Et quia nuper dictum est aliquam horam. Tu dic φ si clericus horās canonicas dimittit: puta ex infirmitate: non tenetur eas resumere. Si aūt dimittat propter aliquam mun danam occupationem vel alias omisit: tunc si paucas omisit discretus confessor debet illi iniungere penitentiam vt eas re dicat vt puniatur in eo in quo deliquit. vt supra de tempo. or-

di.litteras. Et de iu. patrõ. pastoralis. Et sic sapientie. xi. dici-
tur. per que quis peccat: per ea z torqueri debet. Si autem
clericus omisit multas horas est sibi alia penitentia iniungen-
da. Ipse tamen benefaceret si eas reiteraret. t. si diceret. Be-
ne tamen valet absolutio in aliam penitentiam. fm bosti. z io.
an. ¶ Et nota pro supradictis quid dicat diuus thomas in
is quotli. quotli. primo articulo septimo finalibus verbis z est
Ad tertiũ dicendũ q licet peccatum non sit a deo: tamen deus
peccatum quandoqz ordinat ad hoc vt sit alicui salutis occa-
sio. Et quotlibz duodecimo articulo septimo dicit thomas q
solus deus mouet voluntatẽ. Et pro dictis vide quid dicant
doctores super capitu. cum marthe de cele. mi. et est. Ad eui-
dentiam istius decretalis nota q vestimenta altaris debent es-
se munda z sacrata ab episcopo z benedicta z honesta z ab ho-
minibus ecclesiasticis debent tractari z non ab alijs seculari-
bus: que vestimenta si vetustate consumãtur non debent ap-
poni in alios vsus sed debent apponi in sacrario ecclesie de cõ-
secratione di. i. in. ca. altaris. z. ca. vasa. z. c. vestimenta. Item
calix z patena vt dictum est debent esse de auro vel argento vl'
stanno. Non autem debent esse vitrea vel lignea vt de cõse.
di. i. in ca. calix. z in ca. vasa. Item sacrificium altaris debet fie-
ri in panno lintheo. i. lineo z mundo ab episcopo cõsecrato de-
lino procurato et contexto: sicut corpus dñi fuit positũ in syn-
done munda linea pura. fuit ergo positum corpus christi in
sirico panno vel cincto/vel celebrari non debet vel non potest
intelligas tamen q pala vel palee sunt vestimenta altaris sic
de conse. di. i. ca. altaris. z ca. nemo. Itez nota q licet iura a vi-
deanẽ circa hoc cõtrariari. s. q̃ hora diei missa debeat celebrari.
Dic tñ q iura q̃ dicunt q ante tertiam missa non debet cele-
brari loquuntur. s. in ecclesijs collegiatis: et de missa solenni:
ita intellexit de conse. di. ij. ca. necessarie. Item iura que dicunt
q añ tertiã põt missa celebrari loquunẽ de missis peculiarib'
de cõse. di. i. c. nocte. Sed iura q̃ dicũt q post tertiã vsqz ad no-
naz põt missa celebrari: loquũẽ in q̃tuor temporib' ieiunioz z

alijs ieiunijs.s.similibus de conse.di.i.c.solent.sic in.c.q̃ a pa
tribus.lxxj.di. Item est notandum q̃ missa non debet celebra
ri sine igne z candela cerea: quoniam cera significat virgnita-
tem z sepum corruptionem: igitur tantum sacramentum nō
debet celebrari cum candela sepi: sed cuz candela cere. Et cle
ricus qui hoc non seruat punitur pena posita in.c.fi.de bap.z
eius effe. Cuius casus talis est baptizatus per latinū xpianū
vel per grecum: non est iterum baptizandus. Et sic dicit text⁹
inter cetera. Uolentes igitur tantum scādalum ab ecclesia dei
amouere: sacro suadente concilio districte p̃cipimus: vt talia d
cetero nō presumāt cōformātes se tanq̃ filij obedientie sacro-
sancte romane ecclesie matri sue: vt sit vnum ouile z vnus pa-
stor. Si quis autem tale quid presūpserit: excōicationis mu-
crone percussus: ab officio z beneficio ecclesiastico deponatur
tale quid.s.q̃ ipsi greci baptizatos a latinis iteruz baptizare
ausu temerario presumebant. Excōicationis mucrone.i.excōi
cati sūt ipso iure. Et sic tenet tho: in quarto di.iiij.arti. vltimo
q̃ hereticum est ponere q̃ baptismus debeat iterari. Itē mis
sā celebrās: non debet solus eam celebrare. Si hoc facit pmit-
titur pena posita de conse.di.i.in.c.hoc quoqz.ita statutū est.
zc̃.z cum clericis z non cū fēia. Sed pro dictis z multis alijs
vide cap̃lm nichil contra.vij.q.i.cuius casus est. Sacerdos si
necessitate preoccupatus fuerit cepta sacramenta per aliū ex-
pleantur. Et dicitur hic interrupta noscantur glo.i.nō exple-
ta remaneāt.vl̃ presbytero.glo.p̃sbyter ergo pōt supplere mis
sam ab ep̃o incoactam arg.hic.z.xxv.di.c.i.vbi dicitur. Nō
archip̃sbyter supplet defectū absentis ep̃i in cantando. Sed
cōtra de cōse.di.ij.c.vltimo.vbi dicit̃. In altari in quo missam
ep̃us cātauerit: p̃sbyter eo die: aliam celebrare non presumat.
Solutio dic q̃ nouam missam non posset incipere: sed porē
consumare pōt. Incipiat ergo vnus vbi alter destitit: tunc
eam reincipiet. Similiter si deficit in sacra: alter a principio
incipiet Idem dico in baptismo: vt alter de nouo illud rein-

cipiat: q2 hec sunt sacramenta vnitatis. de ordinatione. Idem credo: vt xxiij. di. in ca. quorundam. Similiter iudex incipiet: vbi alter predecessor terminauit. ff. de iudi. edict. Sed nunquid pransus potest supplere: dic q non. Item vsq3 ad nonam tantum sit hec suppletio. s. matutinis vel vesperis non expletis: sz vsq3 ad quod tempus possit fieri suppletio: dubitatur. dicitur tamen q quousq3 expleri possunt ab alio. Sed de sacerdote quid dicemus quidam venit ad confessionem qui est in more alicuius peccati mortalis. Solutio dicendum q si talis non potest habere copiam sacerdotis: q missam perficere debet licet peccet. Et sic talis cum proposito confitendi et satisfaciendi dum tempus se offerat debet perficere missam. Et q talis peccet in celebrando vt nuper dictum est. sic in ca. de homine. de cele. mis. Item est hic argu. s. q duo imperfecta faciunt vnum perfectum sic. iiij. q. iij. in. c. testes per totum. Item in criminali. l. di. sepe. et de pe. di. prima tres sunt. et. C. de dona. sancim⁹. i fine. xvj. q. iij. §. potest. Et an sacerdos dicendo se peccatorem cum vadit ad altare peccet. si non sit peccator. dic videtur q sic vt in ca. cum humilitatis causa. xxij. q. ij. cuius littera talis est. cum humilitatis causa mentiris: si non eras peccator antequam mentireris: mentiendo efficieris: quod vitaras. veritas in te non est: nisi te ita dixeris peccatorem: vt etiam esse cognoscas. veritas autem ipsa est vt quod est dicas. Nam quomodo est humilitas: vbi regnat falsitas. Casus Non licet alicui causa humilitatis mentiri. Cum humilitatis causa. glo. sed nonne bonarum mentium est ibi recognoscere culpam: vbi culpa non est. vt in ca. ad eius. di. v. Respōsio in genere: potest quis dicere in genere se esse peccatorem: quia nemo sine crimine viuit. vt. xxv. di. §. criminis. etiam recognoscendo in se culpam esse non peccat: dummodo hoc credat vere esse quod dicit. vt quadragesima. di. ante omnia. Et sic etiam peccata mortalia sunt in hominum potestate: sed non peccata venialia. sic prima iohan. primo. vbi dicit. Si dixerimus q peccatum non habemus: ipsi nos seducimus: et veritas in nobis non est. Sed an laycus possit respondere vel seruire clericis

quãdo celebrãt: dic ꝙ potest respondere amẽ. ꝛ sũia. xxx. di.
ca. hec scripsimus. Sed ꝙ inter pascha resurrectionis ꝛ pen-
thecostẽ genuflexio fieri non debeat nisi causa humilitatis log
tur in capi. Si quis presbiter. di. xxx.

¶ Nota quomodo augustinus eps yponensis vidit ho-
mines capita non habentes.



Inde quid dicat augusti. in suo libro de cõfessioni-
bus ꝛ ſmonibus in sermone de non vendẽdo sa-
cramenta in ſmone nono in quo inter cetera qua
si in fine dicit. O fratres mei sic ꝛ sacerdotes pa-
ganoꝝ dum offerre debent diis suis incensa ab omni malo vt
possunt abstinent se. Ecce iã ego episcopus yponensis eram:
ꝛ cum quibusdã seruis dei ad ethiopiã perrexi: vt eis sanctum
christi euangelium predicarem: ꝛ vidimus ibi multos homi-
nes ꝛ mulieres: capita non habentes: sed oculos grossos fi-
xos in pectore: ꝛ cetera membra nobis equalia habentes: in-
ter quos sacerdotes vxoratos: tante tamen abstinentie erant
ꝙ licet sacerdotes omnes: vxores haberent: nunquã tñ nisi se
mel in anno eas tangere volebant: qua die ab omni sacrificio
se abstinebãt: vidim⁹ etiã in interioribus ptibus ethiopie ho-
mines vnũ oculũ tantũ in fronte habẽtes: quoꝝ sacerdotes cõ
uersationes hominũ fugiebant. Et ab omni libidine carnis
se abstinebant. Et in septimana in qua diis suis thura offerre
debebant: ab omni libidine carnis se abstinebant: ꝛ nichil sume
bant. Adetretam aque per diem potabãt. ꝛ sic contenti manẽ-
tes digne sacrificiũ diis suis offerebãt ſm eorum conceptum.
O grandis christianoꝝ miseria: ecce pagani doctores fide-
liũ facti sũt: ꝛ pctõres ꝛ meretrices ꝑcesserũt fideles ĩ regno
dei. Nõ ğ sic ffes: õ sic deũ nõ tñ diligam⁹ ore: sed etiã ope
ꝛ veritate. tũc veri eius ministri erim⁹: si sobrie: si iuste: si caste



vixerim⁹: qui est benedict⁹ in secula secloꝫ. amen.
Ista placuit scribere in exẽplũ, sacerdotũ nr̃i tem
poris pñtis ꝛ futuri.

Et q2 ſm tho in. iiij. di. vj. dr̃ ꝙ Roma. pontifici ꝛ

epis couenit baptizare z pdicare ex officio z coniurare z alia b⁹ mōi facere: z inferiorib⁹ sacerdotib⁹ nō couenit ex officio: sꝫ ex cōmissiōe suoꝝ supioꝝ: ideo sequit exorzismus salis cui⁹ dā cō iurationis nubiū z demonioꝝ sequētis edite p doctissimos vi ros i sctissima theologia pfessores ybernie. Et ipe qdē creber rime a nōnullis pſbiteris regsit⁹ fui incessanter: vt de hac ma teria qcq̄ cōscriberē. Decreui igit eoꝝ intuitu inpresentiaꝝ d ea nōnichil (p vt cōducere mihi videbit) declarare. Pmo igit ponit exorzism⁹ aque: de q̄ diu⁹ tho. in. iiij. di. vj. ad tertiū in solutione quinti argumēti vbi dicit. Cum etiā p aquā bene dictam qua post baptismū aspergimur. aliqua potestas demo nis reprimatur. Sed quia apostolus dicit ad colo. iij. quicqd feceritis in nomine dñi nr̄i ihesu christi facietis. z in ca. in no mine domini. xxiij. di. Et grego. iij. dialogo. capit. vij. narrat de quodam iudeo qui signo crucis se munierat contra demo nes cui demones. Ue ve tibi vas vacuum sed bene signatum Et sic tu in oīb⁹ operib⁹ bonis tuis sic sēp debes incipere. in nomine patris z filij z spiritussancti amen. z dicitur hic in bo nis operibus ergo non in malis. Pro quo nota quid dicat ec clesia in dominica. xxiij. z est. Uidisti aliquando euntez ad fur tum deuz orare: vt bene prosperetur in furto / aut qui vadit ad fornicationem nunquid signum crucis ponit in fronte: vt non comprehendatur in crimine: quod si fecerit non iuuat: quia ne scit iusticia dei patrocinium dare criminibus zc.

¶ Sequitur exorzismus aque contra fulgura z tonitrua. Ad iutorium nostrum in no✠mine domini. Qui fecit zc. Sit no mē domini bene✠dictum ex hoc nunc zc.

¶ Exorcizo te creā salis z aq̄ i noīe dñi nr̄i ihū xp̄i naza reni crucifixi filij dei: vt ablutio sis i his locis in qb⁹ aspsꝰsue ris: ad expurgādos imūdos z erraticos spūs oēsqꝫ nephariā viz diaboli pellēdā. Et oēs figuras: z oēs fātasticos cōcep tus sathane exterminādos z fulgura z sidera q̄ missa videtur in has arbores z segetes: vt nō boibus aut pecoribus aut ter ris / aut vineis vel frugibus noceant: sed abscedant z fugiant p inuocationē patris z filij dñi nostri ihū xp̄i z spūssancti qui

christus venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem benedicat etiam secundum quod benedicitur omnibus diebus dominicis. Oratio. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus: parce metuentibus: et propitiare supplicibus: vt post varios nubium et venti procellarum: in materiam transeat laudis commutatio potestatis per dominum nostrum iesum christum filium tuum qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. amen.

¶ Et his peractis indutus sacerdos saltim superpelicio et orario. i. stola accipiat crucem et ponat se contra tempestatem: et vbi inuenerit in hac lectura crucem: faciat ipse crucem cum manu in qua habuerit crucem. et sic incipiat in nomine domini.

Ecce cru ✠ cem domini alleluia: fu ✠ gite partes aduerse alleluia. vin ✠ cit leo de tribu iuda alleluia. ra ✠ dix dauid alleluia. Crux benedi ✠ cta: in qua triumphauit rex angelorum: fugite partes aduerse alleluia. christus vincit. chri ✠ stus regnat. chri ✠ stus imperat. christus ab omni malo nos defendat. amen. Benedictus es domine deus patrum nostrorum: et laudabilis et gloriosus in secula. Et benedictum nomen glorie tue: quod est sanctum et laudabile. Benedictus es in templo glorie tue et laudabilis. Benedictus es super ceptrum diuinitatis: et laudabilis. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum: et laudabilis. Benedictus es qui sedes super cherubim et intueris abissos: et lau ✠ dabilis. Benedicant te omnes angeli sancti tui: et laudent ✠ te. Benedi ✠ cant te celi et terra et mare: et omnia que in eis sunt: et laudent te. Gloria patri et filio et spirituisancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum. amen. Clericus indutus superpelicio et orario dicat: hic tribus vicibus: Ecce crucem domini sicut dictum est supra. demum dicat. Sanctifica nos domine: signa ✠ culo sancte crucis. vt sit nobis obstaculum contra seua iacula inimicorum nostrorum visibilium et inuisibilium. Defende nos domine per precium san ✠ ctum sanguinis tui:

per quem nos redemisti amen. Oratio.


Domine deus pater omnipotens nos famulos tuos tue magestati subiectos: per unicum filium tuum: virtute spiritussancti bene✠dic ✠ pro✠tege ut ab omni hoste securi in tua iugiter laude letemur: per eundem dominum nostrum iesum xpm filium tuum qui tecum vivit ✠ regnat in secula seculorum amen. Per tu✠am crucem salua nos xpe redemptor noster: qui mortem nram moriendo destruxisti: ✠ vitam resurgendo reparasti: miserere nostri iesu xpe benigne: qui passus es pro nobis clementer. Dic incipe euangelium: ✠ dic dominus vobiscu. Et cu spiritu tuo. Initium sancti euangelij sm iohannem: gloria tibi domine: qui natus es d virgine. In noie pris ✠ filij ✠ spus sancti amē.


In principio erat verbum. Et verbum erat apud deum. Et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt. Et sine ipso factum est nichil. Quod factum est in ipso vita erat. Et vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet. Et tenebre eam non comprehenderunt. fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic venit in testimoniu ut testimonium perhiberet de lumine: ut omnes crederent per illum. non erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat: ✠ mundus per ipsum fact⁹ est: ✠ mundus eum non cognouit. In propria venit ✠ sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri. his qui credunt in noie eius. Qui non ex sanguinib⁹ nec ex voluptate carnis: Neqz ex voluptate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est. Et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius gloriam: quasi unigeniti a patre plenum gratie ✠ veritatis. Deo gratias. osanna filio dauid benedictus qui venit in nomine domini osanna in excelsis. Item dic canticum illorum trium puerorum. s. sydrach. missach. ✠ abdenago ✠ est.


Enedicite omnia opera domini dño: laudate: et super exaltate eum in secula. benedicite angeli domini domino: benedicite celi domino. benedicite aque omnes: que supra celos sunt domino. benedicite oēs vtutes dñi dño. bñdicite sol et luna dño: bñdicite stelle celi dño. bñdicite ymber et ros dño: bñdicite oēs spūs dei domino. bñdicite ignis et estus dño: bñdicite frigus et estas dño bñdicite rores et pruina dño: bñdicite gelu et frigus dño. bñdicite glaties et niues dño: bñdicite noctes et dies dño. bñdicite lux et tenebre dño: bñdicite fulgura et nubes dño. bñdicat terra dñm: laudet et superaltet eum in secula. bñdicite mōtes et colles dño: bñdicite vniuersa germinantia in terra dño. bñdicite fontes dño: bñdicite maria et flumina dño. bñdicite cete et oīa que mouent in aquis dño: bñdicite oēs volucres celi dño. bñdicite omnes bestie et pecora dño: bñdicite filij hominū domino. bñdicat israel dñm: laudet et superexaltet eum in secula. bñdicite sacerdotes dñi dño: bñdicite serui dñi dño. bñdicite spiritus et aīe iustorum dño: bñdicite sancti et humiles corde dño. bñdicite anania. azaria misael dño: laudate et supexaltate eum in secula. bñdicamus patrem et filium cum sancto spiritu: laudemus et superexaltemus eum in secula. benedictus es dñe in firmamento celi laudabilis et et gloriosus et superexaltat⁹ in secula. amen. Et dic in principio erat verbum vt nuper scriptū est. Item postea peracto euangelio de in principio: dicito psalmos sequentes. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob. Remisisti iniquitatem plebis tue: operuisti oīa peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignatiōis tue. Conuerte nos deus salutaris noster: et auerte iram tuam a nobis. Nunquid ineternum irasceris nobis aut extēdes iram tuam a generatione in generationem. deus tu cōuersus viuificabis nos: et ples tua letabitur in te. Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis. Audiam qd loquatur in me dominus deus: qm̄ loquetur pacē in plebem suam. Et super sanctos suos: et in eos qui conuer-

tuntur ad cor. Verumtamen prope timentes eũ salutare ipsi-
us: vt inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia ⁊ veritas
obuiauerunt sibi: iusticia ⁊ pax osculate sunt. Veritas de terra
orta est: ⁊ iusticia de celo prospexit. Etenim dominus dabit be
nignitatem ⁊ terra nostra: dabit fructum suum. Iusticia ante
eum ambulabit: ⁊ ponet in via gressus suos. Et etiam dic be
nedictus. Luce. j. Psalmus. lxxxiiij.

Benedictus dominus deus israel: quia visitauit ⁊
⁊ fecit redemptionem plebis sue. Et erexit cornu
salutis nobis: in domo dauid pueri sui. Sicut lo-
cutus est per os sanctorum: qui a seculo sunt pro-
phetarum eius. Salutem ex inimicis nostris: ⁊ de manu om-
nium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiã cũ patrib⁹
nostris: ⁊ memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod
iurauit: ad abraham patrem nostrum daturum se nobis. Ut si
ne timore de manu inimicorum nostrorum: liberati seruiamus
illi. In sanctitate ⁊ iusticia coram ipso: omnibus diebus nr̃is.
Et tu puer ꝑpheta altissimi vocaberis: preibis enĩ ante faciẽ
domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi
eius: in remissionem peccatorum eorum. Per viscera miseri-
cordie dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illu-
minare his qui in tenebris: ⁊ in vmbra mortis sedent ad diri
gendos pedes nostros in viã pacis. Psalmus. clxvij.

Lauda hierusalẽ dñm: lauda deũ tuũ syon. Quo-
niã cõfortauit seras portarũ tuarum: ⁊ benedixit
filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: ⁊
adipe frumenti saciat te. Qui emittit eloquiũ suũ
tre: velociter currit sermo eius. Qui dat niuẽ sicut lanã: nebu
lam sicut cinerem spergit. Mittit cristallũ suã sicut buccellas
ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Emittet verbũ suum
⁊ liquefaciet ea: flauit spirit⁹ eius ⁊ fluent aque. Qui annunci-
at verbum suum iacob: iusticias ⁊ iudicia sua israel. Non fe-
cit taliter omni nationi: ⁊ iudicia sua nõ manifestauit eis.

Gloria patri ⁊ filio ⁊ spirituisancto. ⁊c.

Laudate dominũ de celis. laudate in eũ excelsis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol ⁊ luna: laudate eum omnes stelle ⁊ lumen. Laudate eũ celi celorum: ⁊ aque omnes que super celos sunt laudent nomen domini. Quia ipse dixit ⁊ facta sunt: ipse mandauit ⁊ creata sunt. Statuit ea ineternũ ⁊ in seculũ seculi: preceptũ posuit ⁊ non preteribit. Laudate dominũ de terra dracones ⁊ omnes abissi. Ignis grando nix glacies spiritus procellarum: que faciunt verbum eius. Montes ⁊ omnes colles ligna fructifera ⁊ omnes cedri. Bestie ⁊ vniuersa pecora serpẽtes volucres pennate. Reges terre ⁊ omnes populi: principes: ⁊ omnes iudices terre. Iuuenes ⁊ virgines senes cũm iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super celum ⁊ terram: ⁊ exaltauit cornu populi sui. Hymnᵘ oĩbus sanctis eius: filijs isrl' pplo appropinquantis sibi. Cantatate domino canticum no. ⁊c. Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento ṽtutis eiᵘ. Laudate eũ in ṽtutibᵘ eius: laudate eũ ẽm multitudinem magnitudinis eius. Laudate eũ in sono tube: laudate eum in psalterio ⁊ cithara. Laudate eum in tympano ⁊ choro: laudate eum in cordis ⁊ organo. Laudate eum in cimbalis bene sonantibus. Laudate eum in cimbalis iubilatiõis omnis spiritus laudet dominum.

Ecce ✠ crucem domini. ⁊c. vt supra tribus vicibus. Et etiã. Pater noster. cum aue maria. ⁊c. Ostende nobis domine misericordiam tuam. Et salutare tuum da nobis. Esto nobis domine turris fortitudinis. A facie inimici. Exurge domine adiuua nos Et libera nos domine propter nomen tuum. Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat.

Oratio. Oremus.

OMnipotens sempiterne deus: qui dedisti famu-
lis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis
gloriã agnoscere: ⁊ in potentia magestatis adora
re vnitatem: quesumus vt eiusdem fidei firmita-
te ab oībus semper muniamur aduersis te prestante deus no-
ste: qui in eadem trinitate perfecta viuis ⁊ regnas deus per in
finita seculorũ secula. amen.

SEdet angelus ad sepulchrum domini stola cla-
ritatis coopertus: videntes eum mulieres nimio
terrore perterrite astiterũt a longe: tũc loquutus
est angelus: ⁊ dixit eis. Nolite timere: dico vo-
bis quia quem queritis mortuum iam viuit: ⁊ vita hominum
cum eo surrexit all'a. versiculus. Crucifixum cum carne lauda
te: ⁊ sepultum propter nos glorificate. Resurgentẽq; de mor
te adorate: ⁊ dubitare nolite. fidelis sermo ⁊ omni acceptione
dignus michael archangelus: qui pugnauit cũ diabolo: gra
tia dei ille victor in celis stetit. Ille hostis antiquus patuit rui
nam magnam. factum est silentium in celo: dũ cõmitteret bel
lum dracho cum michaele archangelo qui pugnauit. Tuam
cru✠cem adoramus domine: tuam gloriosam recolimus pas
sionem. Miserere nostri: qui passus es pro nobis: miserere no
stri iesu xp̃e miserere nostri. Oremus. Benedi✠ctio dei p̃ris
omnipotentis: ⁊ fi✠lij ⁊ spi✠ritus sancti: descendat ⁊ mane-
at super nos: ⁊ super omnes segetes. Et super omnes arbores
Et super omnes fructus terre amen. O fo. Oremus.

OMnipotens sempiterne deus: qui iordanis flu-
men benedi✠xisti vnde baptismum tuum accepi
sti: benedi✠cere ⁊ sanctificare digneris omnes nu
bes istas: vt fundant aquam benedictam: in no-
mine pa✠tris ⁊ fi✠lij ⁊ spi✠ritus sci. amen. O fo. Orem'

DOmine de' q̃ fecisti mare rubrum partiri: ⁊ mu-
ros aquas stare ad dexteram ⁊ ad sinistram po-
puli israelitici quicq; eundem populũ per mediũ
maris eiusdem transire fecisti: fac nubes istas p

tiri:ꝛ ſicut nix fugit ante faciem ſolis:ita nubes iſte fugiāt ante faciem populi xp̄iani.amen.

¶Aqui comiença la muy ſancta ꝛ muy v̄tuoſa cōiuraciō cōtra las tempeſtades compueſta de ſcō Biendano ꝛ eſt nomē ꝓpꝛium cuiuſdā ſancti illarum partium. Es apꝛouada poꝛ muy verdadera: poꝛ todos los doctoꝛes de ybernia. Et īcipit



N noīe pātris ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti amen. Et iterū in noīe dn̄i nr̄i ieſu xp̄i nazareni Amen. Pr̄ nr̄ Aue maria. Coniuro te tēpeſtas valida per pa✠trē ꝛ fili✠um ꝛ ſpūm ſan✠ctū. Et per bonitatē patris. ꝛ per bonitatē filij. ꝛ per bonitatē ſpūſſancti. ꝛ ꝑ claritatē patris. ꝛ per claritatē filij. ꝛ per claritatē ſpūſſancti. ꝛ ꝑ dignitatē patris. ꝛ per dignitatē filij. ꝛ per dignitatē ſpūſſancti. Et per oīa q̄ dn̄s noſter ieſus xp̄s ad laudē ꝑ honoꝛē noīs ſui creauit: vt ꝓcul recedas a finib⁹ nr̄is ſiue in mari ſiue in mōtib⁹ lapilloſis: vt nō noceas vnq̄ fructib⁹ noſtris. Et ſic eſt ſeparatū celū a terra: dulce ab amaro. Infern⁹ a paradiſo: ſic ſias remota: ꝛ ꝓcul expulſa per hec ſanctiſſima nomina ꝛ per hanc ſanctiſſimam coniurationem ab omni laboꝛe mundano amen. Adiuro te tempeſtas crudeliſſima per ſcām mariā genitricē dei. ꝛ per caſtitatē ſuā. ꝛ per coꝛonam ſuaꝫ. ꝛ per caput ſuum. ꝛ per oculos ſuos. ꝛ per membꝛa ſua. ꝛ per bonitatē ſuā ꝛ per ſpem. ꝛ per claritatē ſuam. ꝛ per bona ſua. ꝛ per virtutes ſuas. vt cito recedas ꝛ fugias a finibus noſtris. E nō noceas frugibus nec meſſibus nec vineis nec laboꝛib⁹ noſtris amen. Si✠quis vr̄m ſine peccato eſt pꝛimus lapidem mittat. Coniuro te tempeſtas ſeuiſſima: de qualicūqꝫ ſis natura per ſcām cru✠cem: in qua dominus noſter ieſus xp̄s pependit. ꝛ ꝑ lanceam: cum qua vulneratus eſt. ꝛ per clauoſ: cum quibus crucifixus fuit. ꝛ per ſanguinem ꝛ aquam: que de latere eius fluxerunt pꝛopter humanam generis redemptionē. ꝛ per ſiguūꝫ cru✠cis. ꝛ per quatuoꝛ bꝛachia crucis: ſicut ſeparatur celum

a terra:iustum ab iniusto:infernus a paradiso:sic fias remota per hec sanctissima nomina ⁊ per hanc sanctissimam coniura tionem: ab omni labore ⁊ fructu mūdano siue in mari siue in terra deserta vel in montibus lapillosis: vt non habeas pote statem inferre dammum illis nec nobis xp̄ianis amen. Cir✠cumdet te deus pater. Circum✠det te deus filius. Cir✠cum det te deus sp̄us sanctus: dura tempestas ⁊ seuissima. amen. Destruat te deus pater. destruat te deus filius. destruat te de us spiritus sanctus tempestas nebulosa amen. xp̄s vin✠cit. xp̄us re✠gnat. xp̄s im✠perat. christus tempestatem malam destruat: vt nullis xp̄ianorum fructibus noceat. amen. Coniu ✠ro te: ⁊ ad✠iuro te tempestas seuissima per sanctum micha elem archangelum. ⁊ per gabrielem. ⁊ per raphaelem. ⁊ per raguelem. ⁊ per vrielez. ⁊ per omnes sanctos angelos ⁊ archā gelos: ⁊ per nomina illorum. Et per coronas illorum. Et per fidem illorum. ⁊ per omnia opera bona illorum. ⁊ per omnia tormenta illorum. ⁊ per charitatem illorum: vt cito fugias tē pestas tenebrosa ⁊ turbulentissima procul ⁊ recedas a finib⁹ nostris amen. Coniuro te: ⁊ adiuro te grandinosa tempestas que in nubibus es dura tenebrosa: seua atq; mala: per sanctū iohannem baptistam: qui dominum nostrum ihesum christu; in flumine iordanis baptizauit. Et per omnes sanctos dei ⁊ sanctas. Et per prophetas: qui aduentum domini predicaue runt. Et per duodecim apostolos dei scilicet. petrum. paulum andream. ⁊ iacobum. philippum. ⁊ bartholomeum. thomam atq; thadeum: ⁊ per symonem atq; mathiam. Et per iudam atq; iohannem. Et per quattuor euangelistas scilicet Ma theum. Marcum. Lucam: ⁊ Johannem. Et per omnes sanctos discipulos dei. Et per nomina illorum. Et per co ronas illorum. Et per capita illorum. Et per oculos illorum Et per barbas illorū. et per manus ⁊ pedes illorū. Coniu ro te: ⁊ adiuro te tempestas crudelissima per ieiunia sanctorū oīu; ⁊ sctāz ⁊ p abstinentiā illorū. ⁊ p cōfessionē. ⁊ p missas il loz ⁊ p charitatē illoz: et p penas illorū. ⁊ per sanguinē illoz ⁊ elemosinas illorū. ⁊ p abstinentiā illorū. ⁊ p oīa bona ope

ra illorum. ⁊ per omnes virtutes illorum. vt ꝑ hec omnia san
ctorum sanctissima adiuuamenta: seuissima tempestas ꝓcul
recedat a finibus nostris siue in mari siue in terra deserta. vt
nec fructibus nec arboribus nec segetibus hominum noceat.
amē. ¶Coniuro te ⁊ adiuro te tempestas turbulēta ⁊ nigra atq;
tenebrosa: per hec sanctissima dei noīa: que sunt al✠pha ⁊. ✠ o
i. prin✠cipiū ⁊ fi✠ nis. primus ⁊ no✠ uissimus. O ꝑ✠ fortis.
O n ✠ bonus. on✠ pijssimus. O deus thethragramaton. im
mu✠ tabilis. inui ✠ sibilis. crea ✠ tor. fi✠xpus. hemanuel. dn̄s
vnige ✠ nitus. laus. eloys. elo✠ y. sabbaoth. ado✠nay. agi
✠os. othe✠os. Ys ✠ quiros. athana ✠ tos. ⁊ per omnia alia
sanctissima nomina dei: vt precepi: ⁊ adhuc precipio tu adiu-
rata tempestas ꝯproculdubio cito recedas a finibus nostris:
amen. ¶Christus ✠ vincit. christus ✠ regnat. christus ✠ impe-
rat. christus ✠ ab omni malo nos defendat. amen. ¶Coniuro
te ⁊ adiuro te tempestas seuissima de qualicunq; sis natura
percentum quadraginta quattuor milia martirū qui christi
nomine passi sunt. ⁊ per nomina illorum. ⁊ per capita illorum
⁊ per coronas illorum. ⁊ per puericiam illorum. ⁊ per sangui-
nem illorum. ⁊ per penas illorum. ⁊ per gloriam illorum vt si
